FRAGMENTA
COMICORUM GRAECORUM.

COLLEGIT ET DISPOSUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

VOLUMEN IV

FRAGMENTA POETARUM COMOEDIAE NOVAE CONTINENS.

BEROLINI.
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.
MDCCCXLI.

FRAGMENTA POETARUM

COMOEDIAE NOVAE.

COLLEGIT ET DISPOSUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

BEROLINI.
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.
MDCCCXLI.

PRAEFATIO.

Quod nunc publici iuris facio comicorum graecorum volumen quartum, praeter ea quae titulus libri profitetur incertae aetatis poetas et anonymorum comicorum fragmenta complectitur. In novae comoediae poetis primum locum, ut par erat, Philemoni et Menandro concessi, quorum fragmenta quod nunc aliquanto emendatius quam quum primum a me edita sunt multisque accessionibus locupletata exhibere licuit, eorum potissimum virorum debetur industriae, qui his proximis annis haud contemnenda graecae eruditionis instrumenta ex bibliothecarum latebris protraxerunt. Ex commentariis quibus primam horum poetarum editionem instruxi sedulo cavendum duxi ut nihil propemodum in hanc novam syllogen reciperem, nisi quod cum interpretatione vel crisi fragmentorum necessario coniunctum esset. Quae res hoc commodi attulit ut, secus ac speraveram, novae comoediae poetas uno volumine, grandiore illo quidem nec tamen ad usum inhabili, includere licuerit. Itaque ad totius operis absolutionem unum duntaxat volumen reliquum est, praeter corrigenda et addenda verborum illud indicem sive potius comicae dictionis thesaurum complectens locupletissimum, in quo struendo

quum Henricus Iacobi, optimae spei iuvenis, suam mihi operam commodaverit, futurum spero ut sub proximi anni finem optatam metam attingere et respirare tandem a diutino et aerumnoso labore mihi concessum sit. Anonymorum comicorum fragmenta colligendi consilium ante paucos demum annos mihi subnatum est. Itaque nonnisi ea apponere potui quae aut casus offerret aut memoria, non sat fidelis illa, suggereret. Plutarchum Hesychium Pollucem Eustathium paucosque alios non pertractavi quidem ad hunc ipsum finem totos et integros, at paullo diligentius tamen inspexi. Non mirabor tamen si vel ex his scriptoribus sylloge nostra multis accessionibus ditari potuerit, maxime ex Hesychio, comicarum glossarum uno omnium feracissimo. Ferax item Phrynichus, cuius in apparatu sophistico quae omissis auctorum nominibus comicorum exempla afferuntur pleraque omnia ad antiquam spectant comoediam, quod ideo hic commemoravi, quoniam aetatis indicium paucis tantum et de quibus nullum mihi dubium esse posse videbatur locis apposui. Antiquae autem potissimum comoediae auctores Phrynichum sequutum esse ex Photii (Bibl. 158 p. 101 Bekk.) de apparatu sophistico relatione intellegitur. Egregii huius operis, sex et triginta mininum libros complexi, vehementer dolendum est nihil nisi tenuem et exilem epitomen ad nos pervenisse. At bonam libri partem cum ex aliis grammaticis tum vero e lexicis Seguerianis redintegrare licet, in quae non exiguam thesauri illius partem receptam esse haud temere affirmo. Neque difficile est dignoscere Phrynichia ab iis quae

aliis grammaticis debentur. Quamquam enim doctus et acutus attici sermonis explanator erat Phrynichus, ipse tamen oratione usus est gravi quidem et luminibus distincta, at verborum ambagibus impedita et nimio atticae elegantiae studio molesta. Idque etiam Photius intellexit, quo iudice Phrynichus *καὶ ταύτην τὴν πραγματείαν εἰς πλῆθος ἐξέτεινε δύσχρηστον, καὶ καλοῦ καὶ ὡραίου λόγου ὕλην ἄλλοις συναθροίζων αὐτὸς οὐ λίαν τοιούτῳ ἐχρήσατο.* Itaque nescio an Ruhnken. ad Tim. p. 41 et Lobeckius ad Phryn. p. 418 paullo honorificentius de huius scriptoris dictione iudicaverint. Sed ut redeam unde digressus sum, in eiusmodi fragmentis quae nonnisi coniecturae ope ad comicos auctores revocantur magnam cautionem adhibendam esse meo ipse exemplo expertus sum. Cum enim haud raro mihi accidisset, ut quae satis probabili coniectura comico poetae tribuissem ea postea alius scriptoris esse intellegerem, nihil propemodum recipiendum duxi nisi quod satis certa, ut mihi quidem videbatur, comicae dictionis indicia haberet. Ut unum exemplum de multis afferam, Eustathius ad Hom. p. 1796 54 finita expositione de Ulixis et Telemachi liberis hoc utitur epiphonemate:

Περιττὰ ταῦτα καὶ κενὴ μοχθηρία·
εἰ δ' οὖν στενῶς φράζοιτο, μικρὸν τὸ βλάβος.

Quos versus comico poetae tanto confidentius aliquis adscribat, cum *τὸ βλάβος* et comicum sit vocabulum, quippe ab Aristoph. Ran. 1151 usurpatum, et disertim agnitum ab ipso Eustathio p. 1410 17: *τὸ παρ' αὐτῆς (βλάβης) βλάβος παρὰ τῷ κωμικῷ.* Nihilominus illos versus non recipiendos duxi, quoniam nec *μοχθηρία*

eo quo h. l. positum est sensu nec dictio *στενῶς φράζειν* attici saporis mihi esse videbatur. Similem ob causam exclusi quos Schneidewinus Coniect. crit. p. 119 Menandro vindicare volebat versus ab Michaele Syngelo in Crameri Anecd. Oxon. IV p. 253 15 servatos:

Φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι,
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.

At enim hi versus neque Menandrium neque omnino atticum colorem habent, a quorum usu trisyllaba forma *λαγωός*, quam invito metro codices habent in locis Philemonis Fragm. inc. fab. III 5 et Euangeli *Ἀνακαλυπτ.* vs. 6 longe remota est. Cfr Phrynichus Ecl. p. 186. At fuit etiam ubi ne disertis quidem grammaticorum testimoniis fidem haberem, ex quo genere sunt haec quae Photius scripsit p. 383 2. *Παράδεισος: τὸ ἐνεστώς. σημαίνει δὲ οἷον τὸ ἐμπεριπατεῖσθαι τεθειμένως διὰ τὴν ἀναισθησίαν. ὁ γὰρ παράδεισος ἐπὶ τοῦ περιπάτου δένδρα καὶ ὕδατα ἔχοντος. καὶ χρῶνται συνεχῶς οἱ κωμικοὶ τιθέντες τὸν παράδεισον ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. ἔστι δὲ τοὔνομα περσικὸν καὶ λέγεται φαρδαιθί* (*φαρδαισί*). Cui glossae emendandae etsi me imparem esse sentio, hoc tamen intellegere mihi videor *τὴν ἀναισθησίαν* et *τῶν ἀναισθήτων* ad longe aliam ac primo adspectu videri possit sententiam revocanda esse. Nimirum res ad veteres christianae ecclesiae doctores spectat, quorum alii paradisum sensuum perceptioni subiectum alii nonnisi mente et cogitatione comprehensibilem esse statuebant. Ut alios patres omittam apud Iohannem Damasc. de Fide orthod. XI 11 haec leguntur: *καὶ οὗτός ἐστιν ὁ θεῖος παράδεισος — ἐν τῇ ἀνατολικῇ μὲν πάσης τῆς γῆς ὑψηλότερος κείμενος, εὐκραὴς δὲ ἀέρι τε*

λεπτοτάτῳ περιλαμπόμενος, φυτοῖς ἀειθαλέσι κομῶν, εὐωδίας πλήρης, φωτὸς ἔμπλεος, ὥρας ἁπάσης αἰσθητῆς καὶ κάλλους ὑπερβαίνων ἔννοιαν. τινὲς μὲν οὖν τὸν παράδεισον αἰσθητὸν ἐφαντάσθησαν, ἕτεροι δὲ νοητόν. πλὴν ἔμοιγε δοκεῖ, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος αἰσθητὸς καὶ νοητὸς ἅμα δεδημιούργηται, οὕτω καὶ τὸ τούτου ἱερώτατον τέμενος αἰσθητὸν ἅμα καὶ νοητὸν καὶ διπλῆν ἔχον τὴν ἔμφασιν. Huius igitur doctrinae, qua paradisus non *αἰσθητὸς* sed *νοητὸς* esse credebatur, vestigia in Photii glossa deprehendisse mihi videor. Quae si vera est coniectura, apertum est ineptissime comicorum testimonium advocari, quorum in locum quodnam scriptorum genus substituendum sit historiae ecclesiasticae periti viderint. Priorem glossae partem, ut hoc addam, forsan ita refingas, *Παράδεισος: τὸ ἐνεστώς. σημαίνει δὲ οἷον τὸ ἐν περιπάτοις.* In quo *ἐνεστὼς* de vita post mortem interpretor. Quae proxime sequuntur, *θαι τεθειμένως τὴν ἀναισθησίαν*, non expedio. Ceterum ex eodem fonte hausit auctor glossae Hesychianae misere truncatae, *Παράδεισος: τίθεται ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. οἷός ἐστιν ἐν περιπάτοις.*

Porro alia poetarum fragmenta sunt, quae quum critici ob metricas aliasque rationes tragicis poetis, quibus ex librorum fide tribuuntur, eripuerint et comicis poetis vindicare voluerint, tamen, modo quae corrupta sunt emendentur, tragicis recte adscribi intellegitur. Quam rem duobus exemplis illustrare libet. Apud Stobaeum Flor. CVI 6 haec leguntur:

Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις,
καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν·
λαβὼν δὲ πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει,
ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν θνητῷ γένει.

In margine Stobaei hi versus tribuuntur Euripidi, cuius fragmentum ex Oenomao proxime antecedit. Eos incerto novae comoediae auctori assignat Gaisfordus, cuius iudicii hanc opinor causam habuit, quod neque in *βούλεται* recte ultima syllaba eliditur et tertii versus numeri repugnant legi Porsonianae. At prius illud lenissima correctione removere licet ita ut aut *βούλεται θνητῶν* aut *βούλεται βροτῶν* scribatur, quae aliquanto probabilior est ratio ea quam Elmsleius ad Euripidis Med. 548 iniit, *καὶ πᾶς τις εἰς σ' ἑτοῖμος ἀνθρώπων μολεῖν.* Ad alterum autem quod attinet, Gaisfordus ipsam dictionem *μεταμέλειαν λαμβάνειν* suspectare debebat, qua quis unquam usus est de eo quem alicuius rei poeniteret? At facillima in promptu est medela haec:

λαβὼν δὲ πεῖραν, μεταμέλεια λαμβάνει.

Qua structura etiam alias Euripides usus est, e. c. in fragmento apud Plutarchum de Garrul. p. 507 b:

Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες.

Thucydides II 68: *οἱ δ' Ἀμφίλοχοι γενομένου τούτου διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι, καὶ προσπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι Ἀθηναίους, οἳ* (leg. *οἱ δ'* i. e. *tum vero hi*) *αὐτοῖς Φορμίωνά τε στρατηγὸν ἔπεμψαν καὶ ναῦς τριάκοντα.* Aristoph. apud Polluc. VII 67: *τὸ στρόφιον λυθέν, τὰ κάρυά μοὐξέπιπτεν.* Incerti auctoris versus editus a Prellero de Polem. p. 151: *ἕνα λίθον ἄρας, πένθ' ὑπῆσαν σκορπίοι.* Porro *μεταμέλεια λαμβάνει* verte *poenitentia ingruit, adventat.* Quo sensu etsi frequentius dicitur *καταλαμβάνειν,* tamen nec alterum inusitatum

fuisse docet Thucydidis locus II 34: ἐπειδὴ καιρὸς ἐλάμβανεν. Ita enim recte codices habent pro καιρόν. Ac similiter κιχάνειν dixit Archilochus Tetram. XVII 3: κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος, et Aeschylus Agam. 421: πολλὰ γοῦν κιγχάνει πρὸς ἧπαρ. *)

Alternm eiusdem generis fragmentum itidem a Stobaeo Flor. CV 51 servatum hoc est:

Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον,
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ,
οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει,
ὃ περιέτρεψεν ἢ χρόνος τις ἢ φθόνος,
ἐπὰν ἐπ' ἄκρον τις τοῦ καλῶς πράττειν δράμῃ·
ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα
τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῆς τύχης
μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν·
κἂν γὰρ πέσῃ τις ἐξ ἐλάττονος μέτρου,
εὐπερικάλυπτον ἔσχε τὴν δυσπραξίαν,
ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται μέγα.
πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται,
σφάλλει δ' ἐκείνους οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη.

Hos versus, quibus in margine Stobaei nihil nisi „τραγικὸν ἐπεισόδιον" adscriptum est, vir quidam pereruditus ex comoedia sibi derivatos videri indicavit. Ac fateor mihi quoque id olim sic visum esse; nam quod orationis forma aliquanto supra soccum assurgit, etiam comoedia aliquando vocem tollit, nec ibi tantum ubi *Chremes tumido delitigat ore.* Tragico autem poetae quominus haec tribui possint, praeter

---

*) Ita enim corrigendum videtur pro edito θιγγάνει cll. Sophocle Aiac. 918: χωρεῖ πρὸς ἧπαρ — γενναία δύη. Causa correctionis haec est quod θιγγάνειν πρός τι non dici posse videtur.

anapaestum in tertio versu obvium, cum numeri quibus septimus versus inclusus est tum etiam quod quarto versu legitur verbum *περιέτρεψεν* impedire mihi videbatur. Verissime enim Porsonus ad Euripidis Med. 284 tragicos unquam in senarios, trochaicos aut anapaestos legitimos *περὶ* admittere negavit ante vocalem in eadem sive in diversis vocibus. Sed minus recte vir summus hinc liquere addit, versus ex Euripidis Sisypho a Pseudo-Plutarcho adductos de Placitis philos. I 7 rectius Critiae tribui a Sexto Emp. adv. Mathem. IX 54: *τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβους.* Ceteris enim tragicis quod non licuit, nec Critiae licuit, cuius in versum cum *τοιούσδε* ex Grotii demum coniectura illatum sit, libri autem constanter habeant *τοιούτους*, apertum est sive Euripidem sive Critiam scripsisse: *τοίους πέριξ ἔστησεν ἀνθρώποις φόβους.* Ad nostrum locum ut redeam, videtur tamen mota difficultas removeri posse. Nam quum cod. A, qui omnium Stobaei librorum praestantissimus est, pro *περιέτρεψεν* habeat *περιέστρεψεν*, non male, ut equidem opinor, coniicias *ὅπερ παρέστρεψ'* (vel *κατέστρεψ'*) *ἢ χρόνος τις ἢ φθόνος.* Nec maiori opera anapaestum removeas pronomine *τίς*, quo facile caremus, aut deleto, aut ante *ἐπ' ἄκρον* transposito. Denique septimo versui suos numeros facillime ita restituere licebit:

τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῳ τύχης
μέρει φέρεσθαι —

Qua correctione legi Porsonianae abunde satisfactum est. Quae praeterea in versibus illis tragicae dictioni repugnant, vs. 5 *ἐπὰν* et *πράττειν* et vs. 9 *ἐλάττονος*,

ea verbo attigisse sufficiat. De auctore autem horum versuum si quaeris, neque Aeschylo neque Sophocli eos tribui posse apertum est. Itaque de Euripide cogitarem, nisi id quoque incertum redderet quam versu secundo habemus particula *πάνυ*, qua reliqui poetae tragici rarissime (v. Porson. ad Hecub. 819), Euripides autem, nisi memoria fallit, ne semel quidem usus est.

Alia sane quae tragicorum nomen praeferunt fragmenta ita comparata sunt, ut nisi a comicis scripta esse non possint. Ex hoc genere est quem p. 690 exhibui Theodectis locus, Theogneto fortasse vel Theophilo vindicandus. Nec minus de Critiae versu quodam dubitandum, quem servavit Stobaeus Ecl. phys. I p. 228 Heer.:

Ὁ χρόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.

Atqui hunc a tragico poeta non scribi potuisse numerorum ratio evincit. Itaque cum proxime hoc Menandri fragmentum antecedat:

Ὦ δέσποτ᾽ ὦναξ, ἔστι τοῖς σοφοῖς βροτῶν
χρόνῳ σκοπεῖσθαι τῆς ἀληθείας πέρι,

quod p. 272 exhibui, non immerito poetarum nomina transponenda esse suspiceris. Nam Menandro illi versus assignari non possunt, vellemque eos ex sylloge mea circumscripsissem, quem ad modum etiam illos quos in fragm. fab. incert. LXXXVIII posui p. 257:

Οὔτ᾽ ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν οὔτ᾽ ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Quos tragico adscribendos esse praeter numemorum

gravitatem docet qua nullus unquam comicus poeta usus est forma χερός.

Ceterum si quid in tanta vel coniecturarum vel emendationum per haec quattuor volumina fusarum multitudine ab aliis occupatum fuerit, id primo eorum auctori lubentissime remittimus, alienarum opum, quod in simili causa de se dixit Fr. Iacobsius, nec cupidi nec indigentes.

Scribebam Berolini Id. Mai. a. MDCCCXLI.

INDEX POETARUM.

I Comoediae novae poetae.

*) Eudoxum nescio quo errore factum sit ut Hist. crit. p. 492 inter incertae aetatis poetas posuerim.

FRAGMENTA POETARUM COMOEDIAE NOVAE.

PHILEMO.

ΑΓΡΟΙΚΟΣ.

Athenaeus III p. 81 d: *καὶ Φιλήμων δ' ἐν Ἀγροίκῳ τὰ κυδώνια μῆλα στρουθία καλεῖ.* **Ita ABC.** *στρούθεια* **VL.** *στρουθεῖα* **P. Paullo supra:** *Νίκανδρος — τὰ κυδώνια μῆλα στρουθία φησὶ καλεῖσθαι,* **ubi cod. A habet** *στρουθεῖα.* **Vera** *τόνωσις* **esse videtur aut** *στρούθιον*, **ut scriptum est apud Galenum de Sanit. tuenda cap. ult., aut** *στρούθειον*, **quemadmodum hoc nomen scribitur apud Antiphilum Anthol. Palat. VI 252:** *μῆλον ἐγὼ στρούθειον ἀπὸ προτέρης ἔτι ποίης,* **ubi cod. habet** *στρουθίον*, **quae forma ut metro adversatur ita nec per se probari potest.**

ΑΓΥΡΤΗΣ.

Ὦ πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπου φύσις
τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἄν ποτ' ἐδεήθη νόμου.
οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν ἀλλὰ σχήματι·
πλάγι' ἐστὶ τἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

Stobaeus Floril. II 26 cum lemmate *Φιλήμονος Ἀγύρτου.* **Ita certe cod. A et Marc. apud Morellium Bibl. MS Gr. Lat. p. 319. Quod Gesn. margo et Schowius fragmento adscriptum habent** *Λυκούργου* **nomen, ex** *Ἀγύρτου* **corruptum est. Vs. 1** *ὢ πως* **A. Vulgo** *πῶς.* **Zedelius** *καί πως.* **Dobraeus Adv. II p. 286** *ὄντως.* **Tres codd. Schowii** *φεῦ ὡς πονηρόν*, **quod fortasse verum est. — Vs. 4** *ἄνθρωπον* **adden-**

dum esse vidit Gesnerus. Sequentia alii ita distinguunt: *οὐδὲ μικρόν, ἀλλὰ σχήματι πλάγι᾽ ἐστὶ τἄλλα κτλ.* Ceterum a tertio versu fortasse novum fragmentum incipit.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

I.

Σὺ δ᾽ εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους, Σόλων·
σὲ γὰρ λέγουσι τοῦτ᾽ ἰδεῖν πρῶτον βροτῶν,
δημοτικὸν ὦ Ζεῦ πρᾶγμα καὶ σωτήριον,
(καί μοι λέγειν τοῦτ᾽ ἐστὶν ἁρμοστόν, Σόλων·)
μεστὴν ὁρῶντα τὴν πόλιν νεωτέρων,
τούτους τ᾽ ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,
ἁμαρτάνοντάς τ᾽ εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
στῆσαι πριάμενόν τοι γυναῖκας κατὰ τόπους
κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας.
ἑστᾶσι γυμναί· μὴ ᾽ξαπατηθῇς· πάνθ᾽ ὅρα.
οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
[ἐστυκότως] πως; ἡ θύρα ᾽στ᾽ ἀνεῳγμένη.
εἷς ὀβολός· εἰσπήδησον· οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲ εἷς
ἀκκισμός, οὐδὲ λῆρος, οὐδ᾽ ὑφήρπασεν,
ἀλλ᾽ εὐθύς, ὡς βούλει σὺ χὥν βούλει τρόπον.
ἐξῆλθες· οἰμώζειν λέγ᾽, ἀλλοτρία ᾽στί σοι.

Athenaeus XIII p. 569 d: *καὶ Φιλήμων δ᾽ ἐν ᾽Αδελφοῖς προσιστορῶν ὅτι πρῶτος Σόλων διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων γύναια πριάμενος — ἀλλ᾽ ὅγε Φιλήμων οὕτως φησί Σὺ δ᾽ εἰς ἅπαντας κτλ.* In his *᾽Αδελφοῖς* Schweighaeuserus: libri *Δελφοῖς.* De illo Solonis instituto vide quae attuli in editione maiore. Vs. 1 Grotius *εὖ* pro *σύ.* — Vs. 2 *βροτῶν* addendum vidit Grotius. — Vs. 4 forsan *κἀμοί.* — Vs. 5 *ὁρῶντα* Grotius. Libri *ὁρῶντι.* — Vs. 8 *τοι* ABPV. *τι* Bas. L. — Vs. 12 *ἐστυκότως* addidit Bentleius. Dobraeus Adv. II p. 343 morbi nomen, v. c.

τέτανος, latere putat. Ibid. *θύρα 'στὶν* pro *θύρα ἔσται* Bentleius. — Vs. 14 *ὑφήρπασεν*. Dalecampius: *non illae se subtrahunt.* — Vs. 15 *σὺ χῶν* pro *συχνὸν* Bentleius. — Vs. 16 ante Grotium *ἀλλοτρία τί σοι.*

II.

Οὐκ ἂν λαλῇ τις μικρόν, ἐστὶ κόσμιος,
οὐδ' ἂν πορεύηταί τις εἰς τὴν γῆν βλέπων·
ὁ δ' ἡλίκον μὲν ἡ φύσις φέρει λαλῶν,
μηδὲν ποιῶν δ' ἄσχημον, οὗτος κόσμιος.

Stobaei Append. Florent. p. 11. *Φιλήμονος: 'Αδελφεοῦς κἂν λαλῇ τις κτλ.* Correxit Gaisfordius.

ΑΙΤΩΛΟΣ.

Antiatticista p. 96 6. *'Ελαφρός: ὁ τὰς φρένας κοῦφος. Φιλήμων Αἰτωλῷ.*

ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΩΝ.

Οἴμοι· τὸ λυπεῖσθαι γὰρ ἐπὶ τὸ ῥῆμ' ἄγει
τοῦτ' εὐθύς, ὡς ἔοικε, τὸν λυπούμενον.
λυπουμένῳ δ' ὅταν τις ἀκολουθῶν λέγῃ
χαῖρ', ἐξ ἀνάγκης οὗτος οἰμώζειν λέγει.

Stobaeus Flor. XCVIII 3 cum lemmate *Φιλήμονος*. At CXII 13, ubi tertius et quartus versus iterum leguntur, *Φιλήμονος 'Ανακαλύπτοντος*. Clericus *'Ανακαλυπτομένη*, Fabricius Bibl. Gr. II p. 476 *'Ανακαλυπτήρια* fabulae titulum fuisse existimant. V. edit. mai.

ΑΝΑΝΕΟΥΜΕΝΗ.

Athenaeus VI p. 262 a: *Ψωμοκόλακος δὲ μνημονεύει — Φιλήμων 'Ανανεουμένῃ Ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' ουτοσί.* Ita Bentleius pro *οὗτος*.

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΣ.

Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω, καὶ ματτύην
ποιεῖτε θᾶττον.

Athenaeus XIV p. 663 f. de mattya, delicatissimo edulii genere, disputans: *Φιλήμων ἐν Ἀνδροφόνῳ Πιεῖν τις κτλ.*

ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν τύχην ὡς οὐ μία,
οὐδ' ἔστι πρώην, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς χἠ τύχη
προσγίγνεθ' ἡμῖν, συγγενὴς τῷ σώματι·
κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἑτέρου λαβεῖν τύχην.

Stobaeus Ecl. phys. I p. 198 ed. Heer. Vs. 2 libri *πρώτη* et vs. 3 *ὅταν γίγνωντ', εὐθὺς καὶ ἡ τύχη.* Emendavit Bentleius.

ΑΠΟΛΙΣ.

Οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν
αὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον,
οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἷς πάλιν
ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που
τὰκ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἴσετ', ἀλλὰ καὶ
ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.

Stobaeus Flor. LXXXI 9 cum lemmate *Φιλήμονος ἐξ Ἀπόλλωνος.* Grotius *ex Exsule* h. e. *ἐξ Ἀπόλιδος.* Cui titulo fragmenti ex hac fabula servati sententia bene convenit. *Exsulem* Caecilii a Nonio citari monet Clericus. Vs. 1 cod. A *λαλήσετε.* — Vs. 2 *αὐτοῖς* i. e. *ἀλλήλοις* scripsi pro edito *αὐτοῖς.* Ibid. Trinc. *πολλοὺς — χρόνους.* — Vs. 4 A et Trinc. *ἐπιλήψεθ'.* Ceterum de Prometheo an Cadmo an Palamede loquatur Philemo incertum est. Cfr edit. mai.

Α Ρ Π Α Ζ Ο Μ Ε Ν Ο Σ.

I.

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, παῖ, καὶ διὰ τριῶν
ποτηρίων με ματτύης εὐφραινέτω.

Athenaeus XIV p. 663 f: *ὅτι δὲ καὶ ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης εὐωχίας ὁμοίως (ματτύης) ἐλέγετο , Φιλήμων φησὶν ἐν Ἁρπαζομένῳ Γυμνῷ φυλακήν κτλ.* **De proverbio** *γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττειν* **dixi edit. mai. ubi tamen Hesychii glossam non recte curavi. Post** *ἐπίταττε,* **pro quo Dindorfius** *ἐπιταττέτω,* **addidi** *παῖ.* **— Vs. 2 Photius,** *Ματτύης: σκευασία τις περιφορημάτων, χρήσιμος εἰς πότον καὶ κῶμον πλείω. Φιλήμων.* **Pro** *εὐφραινέτω* **L habet** *εὐφραινέτο.* **V** *ἐμφαινέτω.* **P** *ἐμφαίνετο.* **Casaubonus** *εὐφραίνετο.*

II. III.

Ὁρῶ μαγείρου καὶ κύβηλιν καὶ σκάφην.

Pollux X 104: *ἡ δὲ κύβηλις ἐν Φιλήμονος Ἁρπαζομένῳ Ὁρῶ μαγείρου κτλ.* **Clericus** *μαγείρους.* **Malim** *μάγειρον.* *Ἁρπαζομένη,* **genere feminino , vocatur haec fabula ab eodem Polluce VII 28:** *νακοτίλτης, Φιλήμων αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἁρπαζομένῃ.* **Eadem varietas in Caecilii fabula eiusdem tituli, quae aliis Harpazomenos aliis Harpazomene vocatur, qua de re dixi in edit. maiore.**

Α Υ Λ Η Τ Η Σ.

Antiatticista p. 97: *Γενειάζειν. Φιλήμων Αὐλητῇ Γεγενείακεν.*

Β Α Β Υ Λ Ω Ν Ι Ο Σ.

Βασίλισσ᾽ ἔσει Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ.
τὴν Πυθιονίκην οἶσθα καὶ τὸν Ἅρπαλον.

Athenaeus XIII p. 595 c: *Πυθιονίκης δὲ τῆς ἑταίρας φανήσεται τὸ μὲν Ἀθήνησι τὸ δ᾽ ἐν Βαβυλῶνι μνῆμα. — μνημονεύει τούτων καὶ Φιλήμων ἐν Βαβυλωνίῳ Βασίλισσ᾽*

ἔσει κτλ. Vs. 1 VL *βασίλισσης ἤ*. A *βασιλίσσαις ἤ*. Bentleius *βασίλισσ' ἔσῃ*. De Pythionica Harpali scorto nota sunt omnia.

Γ Α Μ Ο Σ.

I.

Ὁλκεῖον εἶδον ἐν τραπέζῃ κείμενον
πυρῶν τι μεστόν.

Pollux X 176: *ὁλκεῖον, ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν — ἐν Φιλήμονος Γάμῳ Ὁλκεῖον εἶδον κτλ.* Vs. 1 vulgo *ὅλκιον.* Codd. *ὁλκεῖον.* — Vs. 2 *τι* pro *τε* scripsi ex codd.

II.

Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον οἶσθα, δέσποτα.

Scholiasta Platonis ed. Bekk. p. 322. *ἐν τῷ Καρὶ ὑμῶν ὁ κίνδυνος: — μέμνηται ταύτης καὶ Φιλήμων ἐν Γάμῳ Ἐν Καρί κτλ.* Vulgo *οἶδα.* Correxit Buttmannus.

III.

Antiatticista p. 93 16: *Ἐμὲ ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν, σὲ ἀντὶ τοῦ σαυτόν. Φιλήμων Γαμοῦντι Σῶζε σαυτόν, ἐγὼ δ' ἐμέ.*

IV.

Antiatticista p. 99 24: *Θρασέα. Φιλήμων Γάμῳ θρασέα γυνή.* Ita correxi editum *Γάλλῳ.*

Ε Γ Χ Ε Ι Ρ Ι Δ Ι Ο Ν.

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

Stobaeus Flor. VIII 10. Trinc. *δειλαὶ αἱ φρένες.* Rectius fort. *δείλαιαι.* De proverbio vide ad Menandr. p. 201 et Leutschium ad Paroem. p. 268.

Ε Μ Π Ο Ρ Ο Σ.

Plautus Prolog. Mercat. 9: *Graece haec vocatur Emporos Philemonis, Eadem latine Mercator Marci Accii.* Fragmentum fabulae fortasse habemus infra in Pyrrho.

ΕΞΟΙΚΙΖΟΜΕΝΟΣ.

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

Stobaeus Flor. LXII 28 cum lemmate ex A *Φιλήμονος Ἐξοικιζομένου.* Vs. 1 vulgo *ἦν.* B *ᾖ.* Ibid. A *δεσποτίς.* Ad Philemonis Thesaurum referebat Hermannus Praef. Plauti Trin. p. XXVII.

ΕΠΙΔΙΚΑΖΟΜΕΝΟΣ.

I.

Ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔστ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν·
ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

Plutarchus de aud. poet. p. 35 d: *φέρειν δὲ πράως καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ γέλωτας, μάλιστα μὲν τὸ τοῦ Φιλήμονος ἔχοντας πρόχειρον Ἥδιον οὐδέν κτλ.* Vs. 3 corruptissime exhibet Anton. Mel. LIII p. 79. qui ut alia huius generis, ita hunc etiam locum debet Stobaeo Flor. XIX 2, ubi A habet *Φιλήμονος ἐκ τοῦ Δικαζομένου.* Voss. *Φιλήμονος ἐκ δικαζομένου.* Correxit Grotius. Dobraeus Advers. II p. 286 comparat Dionem Chrys. Homil. II ad Antioch. p. 33 D. ed. Montef.

II.

Πρόχειρον ἐπὶ τὴν γλῶτταν εὐλόγῳ τρέχειν.

Servavit Stobaeus Flor. XIII 11 cum lemmate *Φιλήμονος Ἐπιδικαζομένου.*

ΕΥΡΙΠΟΣ.

Pollux X 176: *μηλώτην τὴν τοῦ προβάτου δοράν, Φιλήμονος εἰπόντος ἐν Εὐρίπῳ Στρῶμα μηλώτην τ' ἔχει.* Nomen fabulae inditum fuisse videtur ab homine vario nec sibi constante, quos *εὐρίπους* a Graecis vocatos fuisse constat.

ΕΦΕΔΡΙΤΑΙ.

I.

Σκιμπόδιον ἓν καὶ κώδιον καὶ ψιαθίον
ἴσως παλαιστῆς.

Photius p. 371 24. *Παλαστή* (sic): *θηλυκῶς. Κρατῖνος Νόμοις Μεῖζον τὸ πέος παλαιστῆς. Φιλήμων Ἐφεδρίταις Σκιμπόδιον κτλ.*

II.

Χαλεπὸν τὸ ποιεῖν, τὸ δὲ κελεῦσαι ῥᾴδιον.

Stobaeus Flor. CXIV 2 cum lemmate ex A *Φιλήμονος ἐξ Ἐφεδριζόντων.* Itaque incertus est fabulae titulus, qui sive *Ἐφεδρῖται* vel *Ἐφεδρισταὶ* sive *Ἐφεδρίζοντες* fuit, de hominibus intelligendus videtur *ἐφεδρισμὸν* ludentibus, quo de ludo vide quos citavi in edit. mai.

ΕΦΗΒΟΣ.

I.

Οὐ τοῖς πλέουσι τὴν θάλατταν γίγνεται
μόνοισι χειμών, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ
τοῖς περιπατοῦσί που, Λάχης, ἐν τῇ στοᾷ,
καὶ τοῖς μένουσιν ἔνδον ἐν ταῖς οἰκίαις.
χοὶ μὲν πλέοντες ἐνίοθ᾽ ἡμέραν μίαν
ἢ νύκτα χειμασθέντες εἶτ᾽ ἐκ τοῦ κακοῦ
σωτηρίας ἐπέτυχον· ἢ τὸ πνεῦμα γὰρ
αὐτοὺς τὸ σῷζον ἧκεν ἢ ᾽φάνη λιμήν.
ἐμοὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἔστιν· οὐκ εἰς ἡμέραν
χειμάζομαι μίαν γάρ, εἰς τὸ ζῆν δ᾽ ὅλον,
ἀεὶ τὸ λυπεῖσθαι δὲ μεῖζον γίγνεται.

Stobaeus Flor. XCVIII 20. Vs. 8 vulgo *σῷζον ἢ μένη ἐφάνη.* Cod. A *σῷζον ἡμέρα ἐφάνη.* Emendavit Koenius ad Greg. Cor. p. 146.

II.

Stephanus Byz. p. 179. *Κρομμυών*: *πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος. Φιλήμων ἐν Ἐφήβῳ. ὁ πολίτης Κρομμυώνιος.* Proprie Ascalonensium regionem a ceparum proventu *Κρομμυῶνα* vocatam esse docuit Berkelius. Pertinet huc glossa Hesychii, *Παλλάχανον*: *κρόμμυον. Ἀσκαλωνῖται.*

Η Ρ Ω Ε Σ.

Scholiasta Platonis ed. Bekk. p. 367: *Ὑπέρου περιτροπὴ ἐπὶ τῶν τὰ πάντα ποιούντων πολλάκις καὶ μηδὲν ἀνυόντων, ἢ ἐπὶ τῶν ταχέως τι πραττόντων. μέμνηται δὲ αὐτῆς Φιλήμων ἐν Ἥρωσιν.* Eadem fere Zenobius VI 25.

Θ Η Β Α Ι Ο Ι.

Ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ,
τούτων δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ' ἄλλων νόμος,
ἑτέρων τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος,
δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν,
ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ', ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκεν ἥττον', ὧν δὲ μείζονα.
τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί.

Stobaeus Flor. LXII 8 cum lemmate *Φιλήμονος Θηβαίων.* Temere Dobraeus Adv. II p. 286: *Ἀντιφάνης Φιλοθηβαίῳ.* Vs. 2 *τοῦτον* A. Fortasse *τούτου.* — Vs. 6 vulgo *ἡττόνων δὲ μείζονα.* Cod. A pro *ἡττόνων* habet *ἧττον.* Correxit Dobraeus, qui explicat *ὧν μὲν ἥττονα, ὧν δὲ μείζονα.* Ita e. c. Epicharmus Stobaei Flor. XXXVII 16: *ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός,* i. e. *οἷς μὲν ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός.* At rectius Iacobsius Lectt. Stob. p. 15: *ἑτέρων πέφυκεν ἥττονα, τῶν δὲ μείζονα,* ut *ἑτέρων* et *τῶν δὲ* sibi respondeant. — Vs. 7 frustra Dobraeus *οὕτως ἀνάγκη πάντα.*

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

Vertit hanc fabulam Plautus, quod ipse testatur Prol. ad Trinummum vs. 18 sqq.: *Huic graece nomen est Thesauro fabulae: Philemo scripsit, Plautus vortit barbare: nomen Trinummo fecit.* Unum eius fragmentum superest apud Athen. IX p. 385 d. de voce *ὀψάριον* agentem: *Φιλήμων Θησαυρῷ*

> *Οὐκ ἔστ' ἀληθὲς παραλογίσασθ', οὐδ' ἔχειν*
> *ὀψάρια χρηστά.*

Bentleius *παραλογίζεσθ'*. Hermannus Praef. ad Trin. XXVI: *οὐκ ἔστ' ἀληθῶς σε παραλογίσασθ' οὐδ' ἔχειν*, vel *ὥστ' ἔχειν, ὀψάρια χρηστά;* Idem comparat Plauti II, 4, 72: *edisne an incoenatus cum opulento accubes?* Alios versus ab Hermanno ad Thesaurum relatos vide Fragm. inc. 103. 117. 121.

ΘΥΡΩΡΟΣ.

> *Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεθέμην ποτέ*
> *καὶ τὸν πέτασον.*

Pollux X 164: *τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα πέτασος καὶ χλαμὺς Φιλήμων ἐν Θυρωρῷ Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κτλ.*

ΙΑΤΡΟΣ.

I.

Καὶ γύλιόν τιν' ἀργυρωμάτων.

Athenaeus VI p. 231 a. de voce *ἀργυρώματα* disserens: *Φιλήμων Ἰατρῷ Καὶ γύλιόν τιν' ἀργυρωμάτων.* Libri *γυλίαν*, quod servavit Dindorfius. Recte Casaubonus *γύλιον.* V. edit. mai.

II.

Antiatticista p. 104: *Κυδώνιον μῆλον. βραχέως. Φιλήμων Ἰατρῷ.* V. Lobeckium ad Aiac. p. 116.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

Πάντ' ἔστιν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις.

Stobaeus Flor. XXIX 28. Vs. 1 B et Trinc. *εὑρεῖν*.

ΚΟΙΝΩΝΟΙ.

Antiatticista p. 88 24: *Δεδράμηκα. Φιλήμων Κοινωνοῖς.*

ΚΟΛΑΞ.

Commemorat hanc fabulam auctor glossarum ad Hippocratis iusiurandum. Vide ad Menandri Colac. Fragm. VII.

ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

I.

Εἰ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοισιν εἰδείης κακά,
ἄσμενος ἔχοις ἄν, Νικοφῶν, ἃ νῦν ἔχεις.

Stobaeus Flor. CVIII 7. Versu primo *εἰδείης* cod. A. *εἰδοίης* vulgo. V. Porsonum ad Euripidis Phoen. 1366, qui *ἄλλοισι γ' εἰδείης* scripsit.

II.

Athenaeus III p. 123 e: *τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσιν, ὡς — καὶ Φιλήμων ἐν Κορινθίᾳ.*

ΜΕΤΙΩΝ Η ΖΩΜΙΟΝ.

I.

Ἰχθὺς τί σοι
ἐφαίνεθ' οὑφθός; B. μιαρὸς ἦν. ἀκήκοας;
ἅλμη τε λευκὴ καὶ παχεῖ' ὑπερβολῇ,
κοὐχὶ λοπάδος προσῶζεν οὐδ' ἡδυσμάτων·
ἐβόων ἅπαντες, ὡς ἀγαθὴν ἅλμην ποιεῖς.

Athenaeus IV p. 133 a: *ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλάαις. — Φιλήμων δ' ἐν Μετιόντι ἢ Ζωμίῳ 'Ιχθὺς τί σοι κτλ.* Vs. 1 *τί σοι* B et ex coniectura Bentleius. VL *τις σοί.* P *τίς σοι.* — Vs. 2 libri *μικρός.* Correxit Bentleius. Ibid. Dobraeus Adv. II p. 287 *οὐφθός.* Libri *ἑφθός.* — Vs. 5 malim *ἐβόων δ' ἅπαντες.* PVL *ἐβόουν.*

II.

'Αγύρριος δὲ παρατεθέντος καράβου,
ὡς εἶδεν αὐτόν „χαῖρε πάππα φίλτατε"
εἴπας, τί ἐποίει; τὸν πατέρα κατήσθιεν.

Athenaeus VIII p. 340 d: *Φιλήμονος δὲ Μετιόντι εἰπόντος 'Αγύρριος δὲ — κατήσθιεν, Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος ἐν τοῖς συμμίκτοις ὑπομνήμασι τοῦ Καλλιμέδοντος υἱὸν ἀπέδειξεν ὄντα τὸν 'Αγύρριον.* Hinc petiit Eustath. p. 1383. Vs. 1 *ἀγύριος* AC. *ἀργύριος* PVL. Eust. *'Αγύρριος.* Ibid. B *παρατιθέντος.* — Vs. 2 B *παῖ φίλτατε.* P *παμφίλτατε.* — Vs. 3 Clericus verba *τί ἐποίει* alteri interlocutori tribuit.

Μ Ο Ι Χ Ο Σ.

"Εδει παρεῖναι, Παρμένων, αὐλητρίδ' ἢ
*νάβλαν τίν'. Β. ὁ δὲ νάβλας τί ἐστι; * **
*Α. * * * οὐκ οἶδας, ἐμβρόντητε σύ;*
Β. μὰ Δία. Α. τί φής; οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν
οἶσθας ἀγαθὸν σύγ'. οὐδὲ σαμβυκίστριαν;

Athenaeus IV p. 175 d. de nabla disserens: *Φιλήμων ἐν Μοιχῷ "Εδει παρεῖναι κτλ.* Pollux IV 61: *ἀλλὰ μὴν καὶ νάβλας μνημονεύει Φιλήμων "Εδει — νάβλαν τινά.* Vs. 2 et 3 lacunas indicavit Dindorfius. Aliter locum distinxerunt Porsonus Adv. p. 63 et Seidlerus V. D. p. 389. In fine secundi versus Casaubonus addit *εἰπέ μοι.* — Vs. 3 B *οἶδα.* — Vs. 4 *μὰ Δία* ABP. *μὰ Δί' οὔ* VL. Ibid. P *οὐδὲ νοῦν.* V *οὐδὲ νῦν.* — Vs. 5 *οἶσθας* scripsi pro *οἶσθ'*, de

qua forma vide ad Menandri fragm. p. 122 ed. mai. Ibid. *σύγ'* VL. *σὺ* ABP. Dindorfius *οἶσθ' ἀγαθὸν οὐδὲ σαμβυκίστριαν*, ut in fine versus aliquid omissum sit. Atqui *σαμβυκίστρια* secundam syllabam producit.

Μ Υ Ρ Μ Ι Δ Ο Ν Ε Σ.

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 170: *ἔστι δὲ ἐχῖνος χύτρας εἶδος μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις καὶ Μένανδρος ἐν Ἐπιτρέπουσι καὶ Φιλήμων ἐν Μυρμιδόσι.* Cod. *Φιλήμων ὁ μυρμηδός.*

Μ Υ Σ Τ Ι Σ.

Πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακὸν
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα πῶς ἔχει λέγειν.

Stobaeus Flor. C 5. Similiter in verbo *λοιδορεῖν* ludit Philemo in fragmento *Ἐπιδικαζ.* p. 9. et in *πάσχειν* Inc. fab. LI b.

Ν Ε Α Ι Ρ Α.

Ὥσπερ Σέλευκος δεῦρ' ἔπεμψε τὴν τίγριν,
ἣν εἴδομεν ἡμεῖς, τῷ Σελεύκῳ πάλιν ἔδει
ἡμᾶς τι παρ' ἡμῶν ἀντιπέμψαι θηρίον.
Β. τρυγέρανον· οὐ γὰρ γίγνεται τοῦτ' αὐτόθι.

Athenaeus XIII p. 590 a: *εἴ ἔχομεν ἀρρενικῶς εἰρημένον τὸν τίγριν. Φιλήμονα γὰρ οἶδα τοῦτ' εἰρηκότα ἐν Νεαίρᾳ Ὥσπερ κτλ.* Vs. 2 *εἴδομεν* pro *ἴδομεν* Dindorfius. — Vs. 3 *τι* quod libri ante *ἡμᾶς* habent transposuit Schweighaeuserus. At fortasse delendum est. — Vs. 4 *τρυγέρανον* AB. *τριγέρανον* BVL. Afferunt Hesychium, *Τρυγέρανος: φάσματι ἐοικώς.* Ignotum alias vocabulum fortasse ex *τρυγὼν* et *γέρανος* compositum est, sive id verum seu ioco fictum avis nomen fuit. Plena igitur forma fuerit *τρυγονο-*

γέρανος, quod primum in *τρυγογέρανος*, tum in *τρυγέρανος* concisum est. Similes verborum formas vide apud Lobeckium ad Phryn. p. 669. Si recte conieci, apud Hesychium pro *φάσματι* fortasse scribendum *φάττῃ*.

ΝΕΜΟΜΕΝΟΙ.

Ἀπὸ στόματος ἅπαντ᾽, ἐὰν βούλησθ᾽, ἐρῶ.

Suidas s. v. *ἀπὸ στόματος. Φιλήμων Νεμομένοις Ἀπὸ στόματος κτλ.* Eadem habet Lex. Seguer. p. 436.

ΝΟΘΟΣ.

I.

Eustathius ad Hom. p. 880 30: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Φιλήμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα (βουνὸς) ὡς βάρβαρον· λόφον γὰρ καλοῦσιν. ἕτεροι δὲ ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει.* Vide Fragm. inc. XXXIV a.

II.

Antiatticista p. 112: *Πανοικίᾳ, ἀντὶ τοῦ πανοικί. Φιλήμων Νόθῳ.* Vide Lobeckium ad Phryn. p. 514 sq.

ΝΥΞ.

Τὸ κανοῦν ὁ παῖς περίεισι τηνάλλως ἔχων.

Photius et Suidas s. v. *τηνάλλως, μάτην. — ὁ Φιλήμων Νυκτί Τὸ κανοῦν κτλ.* — Praeterea huius fabulae memoria latet fortasse in corrupta glossa Hesychii, *Νησίγδα: ἐν νυκτί. ἀποδιδόασι μασημάτιον ποιόν.* Indicavit Dobraeus Adv. II p. 581.

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ.

I.

Καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ τύχῃ χρή, παιδίον, πάντως ἔχειν

ὧν βούλεταί τις. ἀλλὰ καὶ τῷ τῇ τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι ῥᾷον ἡ τύχη ποιεῖ,
ἐὰν μεθ' ἑτέρου τοῦτο, μὴ μόνη, ποιῇ.

Stobaeus Ecl. phys. II 8 p. 338 ed. Heer. Vs. 1 ante Grotium *καὶ τόν τι* et vs. 2 *ἐπὶ τύχῃ*. Articulum ante *τύχῃ* addunt codd. Tum malim *πάντων*. — Vs. 3 *τῷ* Grotius et codd. Vulgo *τό*. — Vs. 5 vulgo *καὶ ἐὰν μεθ' ἑτέρου*. Recte cod. *καὶ* omittit. Sed ne sic quidem hos versus perpurgatos esse credo.

II.

Δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου.

Suidas III p. 175: *πρὸ ἀντὶ τοῦ ἀντί. Φιλήμων Παγκρατιαστῇ Δοῦλος πρὸ δούλου κτλ.* Proverbium hoc a multis commemoratur, quos indicavi in edit. mai.

ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ.

Antiatticista p. 97 sive apud Bastium ad Gregor. p. 108: *Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ.*

ΠΑΙΔΕΣ.

Κακόν ἐστι δούλῳ δεσπότης πράττων κακῶς·
μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίγνεται.

Stobaeus Flor. LXII 29 cum lemmate ex A *Φιλήμονος Παίδων*. Fort. *Παιδίῳ* vel *Παιδαρίῳ*.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι καὶ θεοῖς
ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνου.

Stobaeus Flor. IX 21. Cod. A *Παλαμη*, ultimae syllabae superscripto *δι*. Recte, puto, Grotius Philisco tragico hunc locum tribuit. Vs. 1 malim *κἂν* pro *καί*.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ.

I.

Τὴν πλατεῖάν σοι μόνον
ταύτην πεποίηκεν ὁ βασιλεύς;

Pollux IX 38 de voce *πλατεῖα* agens: *Φιλήμονος μὲν ἐν Πανηγύρει εἰπόντος Τὴν πλατεῖαν κτλ.* Bentleius haec uno versu trochaico continuavit scripsitque *πεποίηχ'*. Idem *μόνον* mutavit in *μόνῳ*.

II.

Αἰγύπτιος θοἰμάτιον ἠρδάλωσέ μου.

Etymol. M. p. 436 41: *Ἠρδάλωσε. Φιλήμων Αἰγύπτιος κτλ. ἀντὶ τοῦ ἠσβόλησεν, ἐμόλυνεν.* Ad Panegyrin rettuli auctore Erotiano Lex. Hipp. p. 98: *τὸ μολῦναι ἢ ῥυπᾶναι ἀρδαλῶσαι λέγεται. — Φερεκράτης ἐν Θαλάττῃ καὶ Φιλήμων Πανηγύρει.* Cfr ad Pherecr. p. 276.

ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ.

I.

Τοὺς ἐν τῇ πόλει
μάρτυρας ἔχω γάρ, ὅτι μόνος φύσκην ποιῶ,
κάνδαυλον, ᾠά, θρῖον, ἐν στενῷ. τί γὰρ
τούτων διάπτωμ' ἐγένετ' ἢ 'μάρτημα τί;

Athenaeus XII p. 516 f: *μνημονεύει τοῦ κανδαύλου καὶ Φιλήμων ἐν Παρεισιόντι οὕτως Τοὺς ἐν κτλ.* Vs. 3 addidi *γάρ*. Ibid. *ἐν στενῷ, brevi tempore?* Menander Ploc. IX 2: *μικρόν τι τὸ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.* Sunt autem coqui verba, ex cuius sermone etiam sequens fragm. servatum est.

II.

Περὶ τοὐπτάνιον οὐ γίγνεθ' ἡ σκευωρία·
τραπεζοποιός ἐστ' ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Athenaeus IV p. 170 f: *ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν τὸν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας. Φιλήμων*

Παρεισιόντι Περὶ τοὐπτάνιον κτλ. Quibus verbis ille *τῷ τραπεζοποιῷ* importunam diligentiam exprobrat. Similis Plauti iocus Mostell. init. „Exi e culina — qui mi inter patinas exhibes argutias". Vs. 1 *τοὐπτάνιον* ABP. *τοὐπτάνειον* V. *τοὐπτανεῖον* L. Ibid. ABP *γίνεται*. Tum libri *σκεπτωρία*. Correxit post Pursanum apud Villebrunium Schneiderus in lexico.

ΠΙΤΤΟΚΟΠΟΥΜΕΝΟΣ.

I.

Ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τριτημόρου
ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· εἰς τοὺς τέτταρας
εἴληφεν ὑμῖν οὑτοσὶ τριώβολον.

Pollux IX 66: *ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ· — καὶ ἔτι σαφῶς ἐν τῷ Πιττοκοπουμένῳ Ἰδοὺ πάρεστιν κτλ.* Vs. 2 *τοὺς* addidit Clericus. Ibidem libri *τέσσαρας*. — Vs. 3 ante Hemst. *ἡμῖν* et *οὑτωσί*. Sensum loci explicuit Bentleius.

II.

Ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνέχεεν
καὶ τεττάρων χαλκῶν μετὰ ταῦτα. Β. καὶ μάλα
τρί' ἡμιωβόλι' ἐστί· χαλκοῦ θερμὸν ἦν.

Pollux IX 66: *ὅτι δὲ οἱ τέσσαρες χαλκοῖ ἡμιωβόλιον, ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ δράματι Φιλήμονος εἰρημένον· Ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθὲν καὶ τεττάρων χαλκῶν· μετὰ ταῦτα· καὶ μάλα τριημιοβολίαι' ἐστί· χαλκοῦ θερμὸν ἦν.* Postrema iterum apposuit IX 70: *τουτὶ μέντοι τὸ παρὰ Φιλήμονι „χαλκοῦ θερμὸν ἦν" ἄντικρυς δηλοῖ τὴν τοῦ θερμοῦ πόσιν.* Adscripsi locum ut emendavi in editione prima. Puta induci a poeta nescio quos rationem computantes eorum, quae in taberna, si forte, vinaria consumsissent. Primum, unus eorum inquit, obolo nobis caupo infudit (bibendum dedit), postea quattuor chalcis. Recte, infert alius, summa rationum tribus constat semiobolis. Quibus dictis sin-

gulorum rationem computat: *χαλκοῦ θερμὸν ἦν.* — Versum secundum et tertium eodem modo emendavit Dobraeus Coll. Aristoph. Ran. 562. qui priora ita scripsit: *ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἠνέχθη πιεῖν, καὶ τεττάρων* etc.

ΠΤΕΡΥΓΙΟΝ.

I.

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι· τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦτ' εἰ βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, συνοικίαι.

Stobaeus Flor. XCI 13 cum lemmate *Φιλήμονος Πτέρυγες.* Idem locus apud Apostol. XIX 19. Vs. 1 *Ἀμαλθείας* B et Apost. *ἀμαθίας* Trinc. Vulgo *Ἀμαλθαίας.* — Vs. 3 *τοῦτ' ἐὰν* Apost. et Trinc. *τοῦτο δ' ἐὰν* ceteri. Tum cod. A *λέγει.* — Vs. 4 pro *τοῦτ' εἰ* Gesnerus et cod. B recentissimus multisque modis interpolatus *τοῦθ' ὅ.* Melius Wakefieldius *τοῦθ' ὅ τι.* Sed vereor ne hic plura corrupta sint. Repetitio pronominis *τοῦτο* hoc quidem loco minime elegans; nec dubito quin verba *πρὸς τοῦτο* interpolatori debeantur, Philemon autem scripserit: *τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, | λέγ' εἴ τι βούλει· πάντα σοι γενήσεται,* ita ut aut ante aut post verba *τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς* aliquid exciderit. Non displiceret *ἀργύριόν ἐστι τοῦτο· τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς.* Cfr Menandri locum ad sententiam et orationem huic nostro simillimum Fragm. inc. fab. X 6: *εὖξ' εἴ τι βούλει· πάντα σοι γενήσεται.* Genuinae lectionis vestigium servavit cod. A, in quo non *λέγε* scriptum est, sed *λέγει.*

II.

Νυνὶ δ' ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Ναυσιστράτας
καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Stephanus Byz. p. 15: *λέγεται* (*Ἀθηναία*) *καὶ ἐπὶ γυναικός, ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί, Φιλήμων δὲ οὕτως ἐν Πτερυγίῳ Νυνὶ δ' ὅταν κτλ.* Idem locus apud Suidam s. v. *Ἀθηναία*, ubi pro *Ναυσιστράτας* fortasse rectius *Λυσιστράτας* legitur, sed male citatur *Φιλήμων ἐν Πτέρυγι.*

ΠΤΩΧΗ Η ΡΟΔΙΑ.

I.

Ἄρτεμι, φίλη δέσποινα, τοῦτόν σοι φέρω,
ὦ πότνι', ἀμφιφῶντα καὶ σπονδὴν ἅμα.

Athenaeus XIV p. 645 a: *Ἀμφιφῶν πλακοῦς Ἀρτέμιδι ἀνακείμενος, ἔχει δ' ἐν κύκλῳ καιόμενα δᾴδια. Φιλήμων ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ Ἄρτεμι κτλ.* Vs. 3 libri *σπονδήσιμα.* Coraes apud Schneiderum Supplem. Lexici gr. p. 178 *σπονδὰς ἅμα.*

II.

Ἐξὸν ἀποσάττεσθαι δ' ὅλην τὴν ἡμέραν,
ποιοῦντα καὶ διδόντα ματτύας ἐκεῖ.

Athenaeus XIV p. 664 d: *ὅτι δὲ ὕστατον καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰσεφέρετο* (*ἡ ματτύη*) *Νικόστρατός φησιν — Φιλήμων δ' ἐν Πτωχῇ Ἐξὸν ἀποσάττεσθαι κτλ.* Vs. 1 *δ' ὅλην* A. *δι' ὅλην* PVL.

III.

Εἰ πάντες ἀποθανούμεθ' οἷς μὴ γίγνεται
ἃ βουλόμεσθα, πάντες ἀποθανούμεθα.

Stobaeus Flor. CVIII 8 cum lemmate *Φιλήμονος Πτωχῆς ἢ Ῥοδίας.*

IV.

Σπάθην παραφαίνων δηλαδὴ χρυσένδετον.

Pollux X 145: *εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον* (*σπάθην* dici pro *ξίφος*), *Φιλήμων ἐν Ῥοδίαις* (*Ῥοδίᾳ*) *σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ λέγων Σπάθην παραφαίνων κτλ.*

ΠΥΡΡΟΣ.

Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί ἐστιν ἀγαθόν, κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω
τί ἐστιν. ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
λέγουσι πάντα μᾶλλον ἢ τί τἀγαθόν.
ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν εὗρον· εἰρήνη 'στίν· ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ.
γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν,
αὕτη δίδωσι· ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ,
τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος.

Stobaeus Flor. LV 5 cum lemmate *Φιλήμονος ἐκ Πύρρου*. Suspicabar *Φιλήμονος 'Εμπόρου*. Similiter apud Harpocr. 130 26 codices pro *Δίφιλος 'Εμπόρῳ* habent *Δ. ἐν πορρω* et *ἐν πόρω*. Vs. 2 A et Voss. *τοῦτο θ' ἑαυτοῖς*. Atque ita etiam Trinc. Recepit Gaisfordius. B *τοῦ, τότ' αὐτοῖς*. — Vs. 3 Brunckius ad Aristoph. Plut. 985: *τί τἀγαθόν ἐστι*, quod verum videtur. — Vs. 4 *τί* A. B. Voss. Grotius. Vulgo *τις*. — Vs. 5 *πάντα* A. B. Voss. et Gesneri margo. Ibid. *λέγουσι* Brunckius; libri *πλέκουσι*. — Vs. 19 libri *ὑγείαν*. V. edit. mai. — Vs. 11 scribendum videtur *αὕτη δίδωσι ταῦτα πάνθ', ἂν ἐκλίπῃ* etc.

ΠΥΡΦΟΡΟΣ.

Οὐκ ἔστιν οὔτε ζωγράφος, μὰ τοὺς θεούς,
οὔτ' ἀνδριαντοποιός, ὅστις ἂν πλάσαι
κάλλος τοιοῦτον, οἷον ἡ ἀλήθει' ἔχει.
οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ καλῶς πεπλασμένου,
ἂν μὴ τὸν αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ.

Stobaeus Flor. LXV 5. Vs. 1 *μετὰ* pro *μὰ* cod. A. — Vs. 2 *ὅστις* A et Grotius. Vulgo *τις*. — Vs. 3 *τοσοῦτον* A. — Vs. 4 possis *οὐδ' ἀνδριάντες γὰρ καλῶς πεπλασμένοι*. Sed nec hoc sufficit. Excidisse versum, cuius haec fere fuerit sententia: *οὔτ' ὄφελος οὐδὲν εὖ γεγραμμένης γραφῆς*, coniicit Porsonus Misc. p. 255.

Σ Α Ρ Δ Ι Ο Σ.

I.

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἀεί θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον·
νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ' οὐδ' ἀποβλέπει
εἰς ταῦτα, δέσποτ', ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
ἐάν τε κλάῃς ἄν τε μή, πορεύεται.
τί οὖν ποιεῖς πλέον; οὐδέν· ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν τὸ δάκρυον.

Stobaeus Flor. CVIII 1 omisso fabulae titulo, quem addit CXXIV 18, ubi tres priores loci versus apponit. Tacito poetae nomine legitur apud Plutarch. Cons. Apoll. p. 105 F. Vs. 1 Stobaeus *ἡμῶν*, Plut. cod. Stobaei apud Brunck. P. E. p. 271 et ipse Stob. Serm. CXXIV *ἡμῖν*. — Vs. 3 Stobaeus primo loco vulgo *ἀλλαττόμεσθ'*, ubi A et B et altero loco ipse Stobaeus *ἠλλαττόμεσθ'*. Ibid. B *χρυσίῳ*. — Vs. 4 A *νυνί*. — Vs. 5 deest apud Stobaeum, pro *τὴν αὐτὴν ὁδὸν* codd. Wyttenb. *τὴν αὐτῶν ὁδόν*. —Vs. 6 libri *κλαίῃς*. Tum Plutarchus *πορεύσεται*. — Vs. 7 *τί οὖν ποιεῖς πλέον;* Ita partim e Plutarcho scripsi, qui habet *τί οὖν πλέον ποιοῦμεν*, partim e Stobaeo, ubi legitur *τί δὴ ποιεῖς πλέον*. Cfr Valcken. Diatr. p. 150. — Vs. 8 Plutarchus *ὥσπερ τὰ δένδρα τοῦτο καρπὸν τὰ δάκρυα*, ubi omittunt *τοῦτο* codd. Wyttenbachii. Frustra Stobaei lectionem attrectarunt Valckenarius et Brunckius. Verte: *ut arbor haec fructum, ita luctus*

fert lacrimas. Pronomine οὗτος similiter usus est Menander Incert. V 3: *τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί.* Philem. Inc. XII 3: *τὰ πετραῖα ταῦτ' ὀψάρια.* Horatius C. II 11 13: *alta sub platano vel hac pinu iacentes.* Ceterum constat Muretum hos versus latine a se redditos tanquam genuinum Trabeae fragmentum venditasse per iocum Ios. Scaligero, de qua re vide quae attuli in edit. maiore.

II.

Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι. μέμνησ'; B. ἐγὼ
σοὶ πέντε χαλκοῦς, σὺ δέ γέ μοι τριτήμορον.
τοὺς ἓξ ἀποδοὺς τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Pollux IX 65: *ὅτι ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ Χαλκοῦς ὀφείλεις κτλ.* Vs. 1 et 2 fortasse praestat: *B. μέμνημ'· ἐγὼ σοὶ πέντε χαλκοῦς.* Vs. 2 libri *σὺ δέ μοι τριτημόριον.* Correxit Salmasius de Mod. Usur. p. 262. Respexit ad hunc locum Harpocrat. p. 178. *ὅτι τριτημόριόν ἐστιν ἓξ χαλκοῖ Φιλήμων ἐν ἀρχῇ τοῦ Σαρδίου διδάσκει.* Photius p. 602: *τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκεν Φιλήμων τοῦ ὀβολοῦ τριτημόριον.* Eadem Suidas et Zonaras. Hinc apud Etym. M. p. 753 50: *τριτημόριον τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλόξενος,* lege *Φιλήμων.*

Σ Ι Κ Ε Λ Ι Κ Ο Σ.

I.

Ἄλλῳ πονοῦντι ῥάδιον παραινέσαι
ἐστίν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥάδιον.
τεκμήριον δέ· τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
πάντας λαλοῦντας, εἶτ' ἐπὰν πταίσωσί τι,
αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἴων τότε.
ἕτερον τό τ' ἀλγεῖν καὶ θεωρεῖν ἐστ' ἴσως.

Stobaeus Flor. CII 4 et addito fabulae titulo inde a verbis *τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγώ* CXIV 1. Vs. 1 libri *ἀνθρω-*

που ὄντα. Correxit Bentleius. — Vs. 3 vulgo τεκμήριον δὲ τοὺς ἰατροὺς οἶδ' etc. Correxit interpunctionem Schaeferus. Idem post articulum γὰρ inseri voluit. Quod si necessarium esset, probabilius possis οἶδα γὰρ pro οἶδ' ἐγώ. Sed v. Xenoph. Anab. I 9 29. Menandri Δεισιδαιμ. IV et quae in edit. mai. attuli. — Vs. 5 pro ἐπὰν plerique codd. ἐάν. — Vs. 6 τότε, tum quum ipsi aliorum morbos curabant, h. e. *antea*. V. edit. mai. — Vs. 7 ἕτερον fere codd. ἑτέρων vulgo. Ante θεωρεῖν articulum addidit Brunckius Poet. gnom. p. 196. Sed vide edit. mai.

II.

Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾠόμην τὴν Σικελίαν
ἓν τοῦτ' ἀπόταχτον αὐτὸ τοὺς τυροὺς ποιεῖν
καλούς· ἔτι ταῦτα προσετίθην ἀκηκοώς,
ἱμάτια ποικίλ' εἰ λέγοι τις Σικελικά.
σκεύη μὲν οὖν καὶ κτήματ' ᾠόμην φέρειν.

Athenaeus XIV p. 658 b: Φιλήμων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σικελικῷ Ἐγὼ πρότερον μέν κτλ. Vs. 1 libri ᾤμην. Correxit Bentleis. Praeterea recte puto Dobraeus Adv. II p. 288 τῇ Σικελίᾳ, dativum ab ἀπόταχτον suspendens. — Vs. 3 libri ἔτι τε correxit Bentleius. Post ἀκηκοὼς quae in libris adduntur verba: τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν αἵ τε περιστεραὶ Σικελικαί, delevit Bentleius. Ea qui servare voluit Dobraeus, parum probabiliter coniecit ὁ πυρὸς ὅτι κράτιστος αἵ τε περιστεραί.

III.

Τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο Μυσῶν ἔσχατον
ἐνόμιζεν ὁρᾶν τὸν υἱὸν ἐκπλέονθ' ὁρῶν.

Scholiasta Eurip. Rhes. 248: τῆς „ἔσχατος Μυσῶν" παροιμίας μέμνηται Φιλήμων ἐν σκελετῷ Τὸ δὴ λεγόμενον κτλ. Recte L. Dindorfius Σικελῷ vel Σικελικῷ. Versu altero legendum videtur νόμιζ' ὁρᾶν.

IV.

Pollux IV 175: ἔνιοι δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι κωμῳδούντων τῶν νέων, οἷον Φιλήμων ἐν Σικελικῷ — λίτρας μνη-

μονεύουσι. Idem IX 81: ὅτι δὲ καὶ τῶν κωμῳδῶν τινες τῆς λίτρας μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς περὶ στατικῆς προείρηται. οὐ γὰρ οἱ Δωριεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀττικῶν τινες, ὡς Δίφιλος ἐν Σικελικῷ·

Οἷον ἀγοράζειν πάντα, μηδὲ ἓν δ' ἔχειν,
εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυεῖν.

Quum Pollux manifesto ad priora verba, ubi Philemonis Σικελικὸν laudavit, respiciat, non male opinor Diphilo Philemonem substituas. Quae nomina quam facile permutari potuerint, in promptu est. Eiusdem permutationis exempla praebet margo Gesnerianus Stobaei Serm. CVI p. 569 49. Vide Fragm. Inc. 46 b. et 51 d. Dubitationem tamen iniicit Photii glossa Lex. p. 166: λίτρα ἦν μὲν καὶ νόμισμά τι, ὡς Δίφιλος. Ac fortasse scripserat Pollux: ὡς Δίφιλος, καὶ Φιλήμων Σικελικῷ. Bentleius Resp. ad Boyl. p. 413 Lips. rem ita componere conatus est, ut iam a veteribus dubitatum fuisse statuat, uter eius fabulae auctor habendus esset.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

Ὡς ἵμερός μοὐπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.
νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἔστ' εὐημερεῖν
ἐν ἅπασιν· ἰχθὺς ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι
οἷον παρατέθεικ', οὐ πεφαρμακευμένον
τυροῖσιν, οὐδ' ἄνωθεν ἐξηνθισμένον,
ἀλλ' οἷος ἦν ζῶν, κὠπτὸς ὢν τοιοῦτος ἦν·
οὕτως ἁπαλὸν ἔδωκα καὶ πρᾶον τὸ πῦρ
ὀπτῶν τὸν ἰχθύν, οὐδὲ πιστευθήσομαι.
ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὁπόταν ἁρπάσῃ
τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι· περιτρέχει κύκλῳ
τηροῦσα τοῦτο, καταπιεῖν δ' ἐσπούδακεν,
ἕτεραι διώκουσιν δὲ ταύτην. ταὐτὸν ἦν.
τὴν ἡδονὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν καταμαθὼν

τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε κᾆφευγεν κύκλῳ
τὴν λοπάδ' ἔχων, ἄλλοι δ' ἐδίωκον κατὰ πόδας.
ἐξῆν ὀλολύζειν· οἱ μὲν ἥρπασάν τι γάρ,
οἱ δ' οὐδέν, οἱ δὲ πάντα. καί τοι παρέλαβον
ἰχθῦς ποταμίους ἐσθίοντας βόρβορον·
εἰ δ' ἔλαβον ἀρτίως σκάρον, ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς
γλαυκίσκον, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ἢ 'ξ Ἄργους κάπρον,
ἢ 'κ τῆς Σικυῶνος τῆς φίλης ὃν τοῖς θεοῖς
φέρει Ποσειδῶν γόγγρον εἰς τὸν οὐρανόν,
ἅπαντες οἱ φαγόντες ἐγένοντ' ἂν θεοί.
ἀθανασίαν εὕρηκα· τοὺς ἤδη νέκρους,
ὅταν ὀσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν.

Athenaeus VII p. 288 d: Φιλήμων δέ, τῆς κωμῳδίας ὁ ποιητής, καὶ αὐτὸς μνημονεύων τῶν ἐν Σικυῶνι διαφόρων γόγγρων, ποιεῖ τινα μάγειρον ἐπὶ τέχνῃ τῇ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενον καὶ λέγοντα ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Στρατιώτῃ τάδε Ὡς ἵμερος κτλ. Vs. 1 iam alii contenderunt cum Eurip. Med. 57: ὥσθ' ἵμερός μοὐπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ | λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας. Vide quae in edit. mai. attuli. Pro ὡς Koenius ad Greg. Cor. p. 136 ὥσθ'. Scripsi autem et in Philemonis et in Euripidis loco μοὐπῆλθε, h. e. μοι ὑπῆλθε, vel μοι ἐπῆλθε. Vulgo μ' ὑπῆλθε, quod frustra, opinor, tuentur Euripidis exemplo Iphig. Aul. 492: ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ, ubi recte Matthiae edidit ἐννοούμενον. Crasin μοὐπῆλθε pro μοι ὑπῆλθε agnoscit Choeroboscus apud Goettlingium ad Theodos. p. 222: ἔκθλιψις δὲ καὶ συναίρεσις, οἷον ἐμοὶ ὑποδύνει ἐμοὐποδύνει. ἐκθλίβεται γὰρ τὸ ι τῆς οι διφθόγγου — καὶ συναιρεῖται τὸ ο και υ εἰς ου δίφθογγον. Ac nescio an etiam apud Epicratem, cuius locum exhibui vol. III p. 369. scribendum sit τελέως δέ μοὐπῆλθ' ἡ κατάρατος. Vide varietat. lect. — Vs. 4 ἐν ἅπασιν Bentleius cum sequentibus coniunxit, quod non

videtur probari posse. — Vs. 5 pro *οἷον* C habet *τοῦτον*. Bentleius *τοῖον*. Tum *παρατέθεικ' οὐ* ABC. *παρατέθει κοὐ* PVL. — Vs. 6 *ἐξηνθισμένον* i. e. artis lenociniis variegatum. Cfr vol. II p. 369. — Vs. 7 *κὠπτὸς* scripsi pro *καὶ ὀπτός*. — Vs. 10 *ὄρνις* dixit ultima correpta, contra antiquae comoediae usum. V. edit. mai. — Vs. 12 *καταπιεῖν δ' ἐσπούδακεν* edidit ex mea emendatione Dindorfius. ABP *καταπιεῖν μεῖζόν τι περὶ* (*περι* BP) *δ' ἐσπούδακεν*. CVL *καταπιεῖν περὶ δ' ἐσπούδακεν*. Fallitur Elmsleius ad Eurip. Med. 186. De *ἐσπούδακα* pro *σπουδάζω* egit Lehrsius Quaest. epic. p. 288. — Vs. 13 *ἕτεραι* AC. *ἕτερα* B. *ἑτέρα* PVL. Ibid. *διώκουσι δὲ* ABP. *διώκουσα* CVL. — Vs. 17 *ὀλολύζειν* *ridere* vel *cachinnari* interpretatur Casaubonus. Malim *eiulare*. Dobraeus Adv. II p. 288 tentat *ἐξῆλθ' ὀλολύζων*. Poterat lenius *ἐξῆ' ὀλολύζων*. — Vs. 20 *δ' ἔλαβον* L. *δὲ λαβὼν* PV. *ἀρτίως* Bentleius scripsit pro *ἄρτι*. Sed fortasse scribendum *ἄρτι σάργον*. — Vs. 21 *ἢ 'ξ Ἄργους κάπρον*. Argos dicit Amphilochicum. Certe Ambraciotas apros prae ceteris laudat Archestratus Athenaei III p. 92 d. et VII p. 305 e. Eustathius tamen p. 853 39 de Argolide intellexit. — Vs. 25 et 26 iterum habet Athen. p. 290 a. ubi pro *εὕρηκα* scribitur *ηὕρηκα*. — Vs. 26 pro *ὅταν* fortasse scrib. *ὅτανπερ*. Casaubonus post *ὅταν* addit *μόνον*. Ceterum admodum probabilis est coniectura Schweighaeuseri, totam hanc eclogam, adeoque ipsam fabulam *Στρατιώτου* nomine inscriptam, non Philemoni patri, sed filio tribuendam esse suspicantis propter iunioris Philemonis eclogam apud Athen. VII p. 291 D. ubi eundem habes *μάγειρον* in iisdem illis piscibus assandis occupatum.

ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ.

Ἠγόρασα νῆστιν κεστρέ' ὀπτὸν οὐ μέγαν.

Athenaeus VII p. 307 d: *ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις, φησὶ Φιλήμων ἐν Συναποθνήσκουσιν Ἠγόρασα κτλ.*

Σ Υ Ν Ε Φ Η Β Ο Σ.

Ἱμάτια διαφαίνοντα καὶ πέδην τινὰ
χρυσῆν.

Clemens Alex. Paed. II p. 90: *πέδας δὲ περισφυρίους τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀκοσμίαν τῶν γυναικῶν Φιλήμων ἐν Συνεφήβῳ προσεῖπεν Ἱμάτια κτλ.* De *πέδαις*, pedum ornamento, dixi edit. mai.

Υ Π Ο Β Ο Λ Ι Μ Α Ι Ο Σ.

I. II.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

Stobaeus Flor. LVII 8. Idem versus omisso auctoris nomine commemoratur a Zonara Lex. p. 1395 et Etym. M. p. 600 56. Praeterea haec laudatur fabula a Photio, *Σοιχεῖον: ἡ σκιά. Φιλήμων Ὑποβολιμαίῳ*, et Clem. Alex. Strom. VI p. 267 Sylb. cuius de loco dixi edit. mai. p. XLV.

Φ Α Σ Μ Α.

Ἐπεὶ δ' ἡ Ῥόδη
κυμβίον ἀκράτου κατασέσειχ' ὑμῖν ἄνω.

Stobaeus Flor. IX 11 cum lemmate *Μενάνδρου Δεισιδαίμονι.* Vs. 1 Trinc. Gesn. marg. Arsen. et A *οἰκέτας.* — Vs. 2 vulgo *μετ᾽ εὐνοίας τινὸς μὴ πονηρῶς*, quod correxi in editione prima. Idem nunc Dobraeus Adv. II p. 272. Bentleius *μετ᾽ εὐνοίας τινὸς οὐ πονηρίᾳ.* — Vs. 3 libri *τοῦτο γὰρ ἐστιν πάνυ.* Transposui cum Dobraeo. Bentleius *γὰρ* mutabat in *γοῦν*, Gaisfordius in *τἆρ᾽*.

IV.

Παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ·
ὅταν φάγωσ᾽ ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
αὐτῶν ἀκρασίαν τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσιν, ἔλαβον σακίον, εἶτ᾽ εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὺς ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
ἐξιλάσαντο τῷ τεταπεινῶσθαι σφόδρα.

Porphyrius de Abstin. IV p. 347: *τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχρι τῶν Μενάνδρου Χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμεινε· λέγει γὰρ Παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ κτλ.* Ad *Δεισιδαίμονα* haec referenda esse vidit Clericus. Vs. 1 *φάγωσ᾽* Porsonus ad Toupii Emend. p. 471. Libri *φάγωσιν.* — Vs. 4 pro *σακκίον* scripsi *σακίον*, quae attica forma est, v. Aelium Dion. apud Eustath. p. 588 12 et Photium Lex. p. 497, 10. Semel Aristophanes *σάκκος* Acharn. 745, Megarensem loquentem inducens. Sciens omitto Apollodorum Amph. vs. 2, cui usus idiotici nominis *σακκοπήρα* condonandus est. Praeterea *εἶτ᾽*, quod libri ante *ἔλαβον* habent, delevi. Grotius hunc versum ita edidit *οἰδοῦσιν, εἶτα σακκίον ἔλαβον εἴς θ᾽ ὁδόν.* — Vs. 5 *αὐτοὺς* Toupius pro *αὐτοί.* — Vs. 6 *τεταπεινῶσθαι* Heringa Observ. p. 243. Libri *ταπεινῶσαι.*

V. VI.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 372: *καὶ τυφλῷ δῆλον* — *μέμνηται ταύτης καὶ Μένανδρος ἐν Δεισιδαίμονι.* — Photius, *Ὀλόλους: τοὺς δεισιδαίμονας ἐκάλουν οἱ οἰωνιζόμενοι. Μένανδρος Δεισιδαίμονι, Θεόπομπος Τισαμενῷ καὶ οἱ ἄλλοι.*

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ.

I.

Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γὰρ νὴ Δία
προελήλυθας. Β. ναί· πλάττομεν γὰρ πλάσματα,
τὴν νύκτα τ' ἠγρυπνήκαμεν· καὶ νῦν ἔτι
ἀποίητα πάμπολλ' ἐστὶν ἡμῖν.

Athenaeus IV p. 172 c: *ὅτι δὲ ἐκεχώριστο τὰ τῆς ὑπουργίας, πεμμάτων μὲν προνοουσῶν τῶν δημιουργῶν, ὀψαρτυτικῆς δὲ τῶν μαγείρων, διεσάφησεν* — *καὶ Μένανδρος Δημιουργῷ Τί τοῦτο κτλ.* Quae sunt ipsius *δημιουργοῦ* verba, in nuptiali coena apparanda occupatae. Non recte enim scholiasta Aristoph. Equit. 647: *δημιουργοὺς ἐκάλουν καὶ τὰς νῦν καλουμένας παρανυμφίδας, τοῦτ' ἔστι τὰς παρεστώσας τῇ νύμφῃ γυναῖκας, ὅθεν ἐστὶ καὶ Μενάνδρου Δημιουργός.* Eadem fere Suidas habet v. *δημιουργός.* Rectius Pollux III 41 *δημιουργὸν* vocari monet *τὴν τὰ πέμματα μάττουσαν ἐν τοῖς γάμοις.* Nonne igitur vs. 2 *πέμματα*?

II.

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει·
χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.

Stobaeus Flor. CIII 7 et Antonius Mel. CXI p. 221. Idem fragmentum duobus senariis auctum e Menagyrta Menandri laudatur a Stobaeo XCIV 7, cuius erroris originem in edit. mai. explicui. Primum versum servavit etiam Plutarchus de aud. poet. p. 34 c. Locum in rem suam convertit Democritus

qui vocatur in Galei Opusc. Mythol. p. 16: *μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει, χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ καλῶς.*

III. IV.

Pollux X 102: *Μένανδρος δ' ἐν Δημιουργῷ ληνὸν εἴρηκε τὴν κάρδοπον.* — Antiatticista p. 83. *Βίος: ἐπὶ συνουσίας* (leg. *οὐσίας*) *Ἡρόδοτος, Μένανδρος Δημιουργῷ, Εὔπολις Αἰξίν, ὁ ποιητὴς πολλάκις.*

ΔΙΔΥΜΑΙ.

I.

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοί,
ὥσπερ Κράτητι τῷ κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

Diogenes Laert. VI 93: *μέμνηται αὐτοῦ* (Cratetem dicit) *καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμοις* (sic) *οὕτως Συμπεριπατήσεις κτλ.*

II.

Ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Idem l. l. *καὶ θυγατέρα ἐξέδωκε* (Crates) *μαθηταῖς αὐτοῦ, ὡς ὁ αὐτὸς ἔφη, ἐκείνοις ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.*

III. IV.

Ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα.
Ὄρνιθας ἀποστέλλει.

Athenaeus IX p. 373 d: *Μένανδρος Διδύμαις Ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα. καὶ ἑξῆς Ὄρνιθας ἀποστέλλει.* Postrema fortasse anapaestici versus reliquiae sunt.

V.

Harpocratio p. 127 9: *Μένανδρος ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς καὶ τριώβολόν φησι τούτους* (*τοὺς μετοίκους*) *τελεῖν.* — Idem p. 156 20: *ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ποτάμιοι ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις.* Quo de loco dixi Hist. crit. p. 234.

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.

Respexit Martialis Epigr. XIV 214. ubi de pueris comoedis: Non erit in turba quisquam *Μισούμενος* ista, Sed poterit quivis esse *Δὶς ἐξαπατῶν*.

I.

Βουληφόρως
τὴν ἡμετέραν, ὦ Δημέα, προκατέλαβες
ὅρασιν.

Fulgentius Mythol. III 1 p. 199: *Bellerophonta posuerunt, quasi βουληφοροῦντα — nam et Menander similiter in Disexapatonte comoedia ita ait: Βουληφόρως — ὅρασιν, id est: consiliarie nostram, Demea, praeoccupavisti visionem.*

II.

Ἐμοὶ παράστα· τὴν θύραν κόψας ἐγὼ
καλῶ τιν' αὐτῶν.

Suidas I p. 294: *οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπόστα. — Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶντι Ἐμοὶ παράστα κτλ.* Eadem Lex. Seguer. p. 436. ubi vitiose *καλῶς τιν' αὐτόν.*

III.

Οὐ Μεγάβυζος ἦν,
ὅστις γένοιτο ζάκορος.

Photius, *Ζάκορος: νεωκόρος. Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶντι Οὐ Μεγάβυζος κτλ.* Eadem Suidas v. *ζάκορος.*

IV.

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος.

Plutarchus Cons. ad Apoll. p. 119 e: *προσμαρτυρήσας τῷ καλῶς ὑπὸ Μενάνδρου ῥηθέντι τούτῳ Ὃν οἱ θεοὶ κτλ.* Idem versus legitur apud Clement. Alex. Str. VI p. 265 Sylb. in schol. Odyss. XV 246. Eustathium p. 1781 2 et Stobaeum Flor. CXX 8. cuius auctoritate ad Disexapatonta relatus est. Latine reddidit Plautus Bacch. IV 7 18: *quem di diligunt adolescens moritur.*

ΔΥΣΚΟΛΟΣ.

Quale fuerit huius fabulae argumentum, quodammodo suspicari licet ex Iuliani verbis Misopog. p. 342: *οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν*, et ibid. p. 349 c: *πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ, τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες ἀκάθαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσέδραμον. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾶν ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον.* Quibus ex locis hoc certe discimus, primas partes sustinuisse Smicrinem, senem morosum, sibi aliisque iratum, fortasse etiam avarum. Rem conficit Alciphro Epist. III 43: *ἐν τούτῳ δι' ἱλαρότητος καὶ εὐφροσύνης διακειμένου τοῦ συμποσίου ἐπέστη ποθὲν Σμικρίνης ὁ δύστροπος καὶ δύσκολος.* Praeterea fabulam respexit Agathias in Brunckii Anal. III p. 39:

'Αλλ' ἔμπης τελέθει Μισούμενος, αὐτὰρ ἔγωγε
Δύσκολος, οὐχ ὁρόων τὴν Περικειρομένην.

Fortasse etiam scholiasta Hermog. p. 72: *ἠθικῆς παραδείγματα οἱ φιλάργυροι καὶ οἱ δύσκολοι καὶ οἱ γεωργοί.* Neque ex alia fabula Libanius vol. IV p. 148 suam *δυσκόλου* imaginem videtur expressisse.

I.

Τῆς 'Αττικῆς νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον
Φυλήν, τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι
Φυλασίων.

Harpocratio p. 183. *Φυλή: δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Οἰνηΐδος. Μένανδρος Δυσκόλῳ Τῆς 'Αττικῆς κτλ.* Apertum est haec ex ipso fabulae prologo derivata esse. De Nymphaeo Phylasiorum etiam aliunde constat. Quod vs. 1 legitur *νομίζετ' εἶναι* ex emendatione Dobraei ad Aristoph. Eccl. 752 (cod. *νομίζεται εἶναι*), praebet etiam schol. Aristoph. Acharn. 1022. *ἀπὸ Φυλῆς: ὄνομα δήμου· καὶ Μένανδρος Δυσκόλῳ Νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν.* Male Etymol. M. p. 802 21: *Φυλὴ δῆμος τῆς Οἰνίδος (Οἰνηΐδος). ὁ δὲ Μένανδρος τόπον νομίζει εἶναι Φυλήν.*

II.

Περὶ χρημάτων λαλεῖς, ἀβεβαίου πράγματος·
εἰ μὲν γὰρ οἶσθα ταῦτα παραμενοῦντά σοι
ἅπαντα τὸν χρόνον, φύλαττε μηδενὶ
ἄλλῳ μεταδιδούς, αὐτὸς ὢν δὲ κύριος·
εἰ μὴ δὲ σαυτοῦ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,
τί ἂν φθονοίης, ὦ πάτερ, τούτων τινί;
αὐτὴ γὰρ ἄλλῳ τυχὸν ἀναξίῳ τινὶ
παρελομένη σου πάντα προσθήσει πάλιν.
διόπερ ἐγώ σέ φημι δεῖν, ὅσον χρόνον
εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ,
αὐτόν, ἐπικουρεῖν πᾶσιν, εὐπόρους ποιεῖν
οὓς ἂν δύνῃ πλείστους διὰ σαυτοῦ· τοῦτο γὰρ
ἀθάνατόν ἐστι, κἄν ποτε πταίσας τύχῃς,
ἐκεῖθεν ἔσται ταὐτὸ τοῦτό σοι πάλιν.
πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστιν ἐμφανὴς φίλος
ἢ πλοῦτος ἀφανής, ὃν σὺ κατορύξας ἔχεις.

Stobaeus Flor. XVI 13 cum lemmate Μενάνδρου ἐκ Δυσκόλου. Sunt filii ad patrem, ipsum fortisan Δύσκολον, verba. Vs. 3 ἅπαντα Bentleius. Vulgo πάντα. Grotius et Gaisfordius εἰς πάντα. — Vs. 5 εἰ δὲ μὴ σεαυτοῦ cod. A, sed ita ut super μὴ scriptum sit οὐ. εἰ δ' οὐ σεαυτοῦ B m. sec. et duo codd. Schowii. Porsonus Adv. p. 43 ἃ δὲ σεαυτοῦ, quod recepit Gaisfordius. Bentleius εἰ δ' οὐδὲν αὐτοῦ. Mihi εἰ μὴ δὲ σαυτοῦ verum visum est, cll. Timocle Dracont. vs. 13: ἵνα μὴ δὲ πολλὰ μακρολογῶ. — Vs. 9 Tyrwhittus ἔγωγέ φημι, propter repetitionem pronominis. Sed vide edit. mai. — Vs. 11 Gaisfordius αὑτὸν ἐπικουρεῖν. — Vs. 12 vulgo ὡς ἄν. Cod. Schowii οὓς ἄν. AB ὡς ἂν, sed οὓς super ὡς. — Vs. 15 et 16 male incerto poetae tribuit Grotius, sequente Gaisfordio.

III.

'Ὡς θύουσι δ' οἱ τοιχωρύχοι,
κοίτας φέροντες, σταμνί', οὐχὶ τῶν θεῶν
ἕνεκ', ἀλλ' ἑαυτῶν· ὁ λιβανωτὸς εὐσεβές,
καὶ τὸ πόπανον τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
ἅπαν ἐπιτεθέν· οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν
καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς
ἐπιθέντες, αὐτοὶ τἄλλα καταπίνουσ' ἀεί.

Athenaeus IV p. 146 e: Μένανδρος δ' ἐν Μέθῃ τοῦ μεγίστου δείπνου δαπάνημα τάλαντον τίθησι — καὶ ἐν Δυσκόλῳ δέ φησιν οὕτως 'Ὡς θύουσι δ' οἱ κτλ. Vs. 3 forsan praestat εὐσεβής. Porphyrius de Abst. II p. 131: καὶ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ 'Ο λιβανωτὸς εὐσεβὴς καὶ τὸ πόπανον· τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ ἅπαν τεθέν. — Vs. 5 de ἅπαν ultima producta vide edit. mai. Ad sequentia cfr Clement. Alex. Strom. VII p. 304 Sylb.: Μένανδρός δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν πεποίηκεν, τὴν χολήν, ὀστέα τ' ἄβρωτα, φησί, τοῖς θεοῖς ἐπιτιθέντες αὐτοὶ τὰ ἄλλα ἀναλίσκουσιν. Etymol. M. p. 468 28: ἱερὸν ὀστοῦν, τὸ ἄκρον τῆς ὀσφύος· οὕτω γὰρ κέκληται ὅτι μέγα ἐστίν, ἢ ὅτι ἱερολογεῖται τοῖς θεοῖς. Μένανδρος Οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύσαντες. — Vs. 7 ἀεὶ addidit Bentleius. Dobraeus Adv. II p. 273 αὐτοὶ πάντα τἄλλα κατέπιον.

IV.

Οὐδὲ εἷς
μάγειρον ἀδικήσας ἀθῷος διέφυγεν·
ἱεροπρεπής πώς ἐστιν ἡμῖν ἡ τέχνη.

Athenaeus IX p. 383 f: καὶ μαγείρων μὲν ἅλις, ἄνδρες δαιταλεῖς, μὴ καί τις αὐτῶν τὰ ἐκ Δυσκόλου Μενάνδρου βρενθυόμενος λαρυγγίσῃ τάδε Οὐδὲ εἷς κτλ. Vs. 3 malim ἡμῶν.

V a. b.

Οὐδενὸς χρὴ πράγματος
τὸν εὖ ποιοῖνθ' ὅλως ἀπογνῶναί ποτε.
Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
ἅπαντα.

Stobaeus Flor. XXIX 45 46. Versu secundo ante Grotium ποιοῦνθ', quod miror retinuisse Gaisfordium. Ad alterum fragmentum nihil lemmatis adscriptum est. Itaque dubitari potest num recte ad Menandrum et ad hanc ipsam fabulam relatum sit. Cod. A post ἁλωτὰ addit γάρ. Suspiceris igitur Ἁλωτὰ γὰρ | ἅπαντα γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ.

VI.

Ammonius p. 62: ὁ οὖν ἐναλλάσσων (scil. εὐθὺς et εὐθὺ) ἁμαρτάνει, καθὰ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ Τί φὴς ἰδὼν ἔνθεν γε πᾶς δ' ἐλευθερῶν ἀπῆλθες εὐθὺς ὡς ταχύ. Bene Valckenarius ἐνθένδε et Ἐλευθερῶν, cetera male administrans. Scribendum suspicor:

Τί φής; Β. ἰὼν ἐνθένδ' ὁ παῖς
Ἐλευθερῶν ἀπῆλθεν εὐθὺς ὡς ταχύ.

Loquitur de servo fugitivo, quem non sine acumine Eleutheras aufugisse dicit. Non recte, ut mihi quidem videtur, haec tractavit vir eximius ad Phryn. p. 144. Nec Fritzschii ad Aristoph. Thesm. p. 264 conatum probo. De εὐθὺς pro εὐθὺ dicto vide vol. II p. 305.

VII.

Ammonius p. 61: Εὑρεῖν καὶ εὑρέσθαι διαφέρει. εὑρεῖν μὲν γάρ, τὸ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ, εὑρέσθαι δέ, οἱονεὶ τὸ ἐκπορίσασθαι. Μένανδρος Δυσκόλῳ Εὑρηκὼς κἀγὼ τούτου τέχνην. Veteres editt. εὑρηκός, quod ex εὕρηκα corruptum suspicor. Pro τούτου fortasse τουτουί.

VIII.

Σιωπῇ φασι τούτῳ τῷ θεῷ
οὐ δεῖν προσιέναι.

Scholiasta Aristophanis Lys. 2: *Πανὶ ὠργίαζον αἱ γυναῖκες μετὰ κραυγῆς. καὶ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ σιωπῇ φησι τούτῳ τῷ θεῷ οὐ δεῖ προσιέναι.* Eadem habet Suidas III p. 19. nisi quod *τούτῳ* omittit; at recte idem pro *δεῖ* exhibet *δεῖν*. Pro *φησὶ* Porsonus *φασί*, firmante nunc cod. G.

IX.

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.

Etymol. Gud. p. 23 25: *Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ διαστέλλει τὴν διαφορὰν* (inter *αἰτεῖν* et *αἰτεῖσθαι*) *Οὐ πῦρ κτλ.* Ita correxi editum *αἰτῶ οὐδὲ λεπάδες.* Idem versus ab aliis grammaticis ex Hymnide citatur, ubi vide.

X.

Antiatticista p. 82 11. *Ἀνδριάς: καὶ ἐπὶ γραφῇ. Πλάτων Πολιτείᾳ, Μένανδρος Δυσκόλῳ.* Platonis locus est Republ. IV p. 327 Bip. Vide edit. mai.

ΕΑΥΤΟΝ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ.

Hanc etiam fabulam expressisse constat Terentium. Titulum attigit Galenus ad Hippocr. de artic. XII p. 316 Chart. *διαφέρει τὸ τιμωρῶν τοῦ τιμωρούμενος, ὃ μετὰ τῆς καλουμένης αἰτιατικῆς σημαίνει τὸ κολάζον* (leg. *κολάζων*)*· οὕτως γοῦν καὶ ἑαυτὸν τιμωρούμενος ἐπιγέγραπται τὸ Μενάνδρου δρᾶμα.*

I.

Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, δαιμονᾷς, γεγονὼς ἔτη
τοσαῦθ'; ὁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 380 de *ὁμοῦ* numeralibus adiuncto dicens: *καὶ Μένανδρος ἐν τῷ Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς κτλ.* Sunt Chremetis verba ad Menedemum, ut docet Terentius I 1 10: *Nam proh deum atque hominum fidem, quid vis tibi? Quid quaeris? annos sexaginta natus es, Aut plus, ut coniicio.* Pro *δαιμονᾷς* libri *δαίμων δύο.* Correxit Porsonus Miscell. p. 250.

II.

Λουτρὸν θεραπαίνας ἀργυρώματα.

Athenaeus VI p. 231 a: *Μένανδρος Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ Λουτρόν κτλ.* Verissime Canterus V. L. II 4 haec rettulit ad Terent. I 1 78. ubi Menedemus dicit: *Ancillae tot me vestient? sumptus domi Tantos ego solus faciam?*

III.

Ἐξ ἱσταρίου δ' ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.

. . . . . καὶ θεραπαινὶς ἦν μία·

αὕτη συνύφαινε ῥυπαρῶς διακειμένη.

Terentius II 3 51. *Subtemen nebat: praeterea una ancillula Erat; ea texebat una, pannis obsita, Neglecta immunda illuvie.* Ad quem locum graeca quae supra adscripsi servavit scholiasta codicis Bembini. V. Spengelium ad Varronem de L. L. p. 118 et P. Victorium V. L. IX 15. Fallitur Huschkius ad Tibullum I 3 83. V. edit. mai. Vs. 1 codex γάρ, pro quo scripsi δ', et vs. 3 συνύφαινε pro συνύφαινεν.

IV.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Terentius II 4 4: *Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.* Ad quem locum in cod. Bemb. adscriptum est . . . . λανδρος χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. V. Spengelium ad Varronem de L. L. p. 118. Idem versus, qui in proverbii usum abiisse videtur, legitur in Ἀρρηφόρου fragm. VIII.

V.

Πᾶς πατὴρ μωρός.

Terentius III 1 31: *Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis.* Ubi schol. Bemb. „graece πᾶς πατὴρ μωρός."

VI.

Οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον,

ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Stobaeus Flor. XXXIX 11. Haec Chremetis verba esse suspicari licet, Cliniae patriam relinquendi consilium vituperantis. Aeschyli versus:

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα,
καὶ τὸν κακῶς πράττοντα καὶ τοῦτον μένειν,

cum Menandreis comparavit iam Clemens Alex. VI p. 263 37 Sylb. Primum versum servavit etiam Diogenes Laert. VII 35 et Stobaeus Serm. LIII 1.

VII.

Μετ᾽ ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ
παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν.

Athenaeus XIV p. 651 a: *Μένανδρος ἐν Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ ῥοίδια ὠνόμασε διὰ τούτων Μετ᾽ ἄριστον κτλ.* Fortasse ita distinguendum:

Μετ᾽ ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς
ἐγὼ παρέθηκα . . καὶ τῶν ῥοιδίων
ἐτρώγομεν.

Possis *παρέθηκ᾽ αὐτοῖσι*, et deinde *ἔτρωγον*. Dobraeus Adv. II p. 273 alterum versum sic: *ἐγὼ παρέθηκα ῥοιδίων ἐτρώγομεν.*

VIII.

Denique Photius Lex. p. 70 24. *Ἦν: δασέως ὅταν ἠθικῶς* (fort. *αἰτιατικῶς*)· *οἱ δὲ παλαιοὶ ἐν Μενάνδρου Αὐτὸν τιμωρουμένῳ. τὸ δὲ ψιλὸν ἀντὶ τοῦ ἰδού· ἀλλ᾽ ἦν χιτών σοι.* Photii glossa etsi vitiose scripta est, hoc tamen intellegitur, subiectum exemplum esse Menandri et pro *ἦν* scribendum *ἤν*, i. e. *ecce*, de quo praeter Aristoph. Equ. 26 *ἤν, οὐχ ἡδύ;* vide Antiphanem p. 84 et ipsum Menandrum in *Παλλακῇ* fragm. IV. Omitto *ἢν ἰδού* et *ἤνιδε*, quae usitatissima sunt.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

I.

Οὐχ ὅθεν ἂν ᾤμην ἠτύχηκα· πάντα δὲ
τὰ μηδὲ προσδοκώμεν᾽ ἔκστασιν φέρει.

Stobaeus Flor. CIV 7. Ita haec restituit Porsonus Misc. crit. p. 250. Vulgo *οὔποθεν ἂν ᾤμην· ἡ τύχη καὶ πάντα δέ.* Partem fragmenti inde a verbis *πάντα δὲ* iterum habet Stobaeus CXI 11.

II.

Τοῦ δ' ἆρα Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

Photius s. v. *Κωρυκαῖος. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία Τοῦ δ' ἆρα Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. οἱ δὲ κωμικοὶ Κωρυκαῖον τὸν θεὸν εἰσάγουσιν. Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ, Διώξιππος Θησαυρῷ.* Eadem fere Suidas habet II p. 367 et III p. 490, ubi *τοῖδ' ἄρα ὁ Κωρυκαῖος* editur. Denique Zenobius IV 75. *Κωρυκαῖος ἠκροάζετο: ταύτης Μένανδρος μέμνηται ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ —. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δοκούντων μὲν λάθρα πράττεσθαι, εἰς γνῶσιν δὲ ἐρχομένων.* Omnes hi in *ἠκροάζετο* consentiunt, pro quo Stephanus Byz. s. v. *Κώρυκος* habet *ἠκροάσατο*, quod recte praefert Bernhardius ad Dionys. Perieg. p. 950. Proverbio illo praeter allatos a Schneidewino ad Zenobii l. l. utuntur Alciphro Epist. III 26 et Phrynichus apud Phot. Bibl. p. 101, 19 ed. Bekk.

III.

Πίε. Β. πιεῖν ἀναγκάσω
τὴν ἱερόσυλον πρῶτα.

Athenaeus X p. 446 e: *πῖε (πίε) δέ, δισυλλάβως, Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ Πίε κτλ.* In his *πίε*, quod a libris aberat, addidit Clericus.

IV. V.

Praeterea fabulae meminerunt scholiasta Platon. p. 359. ubi agitur de proverbio *πάντ' ἄνω κάτω*, et scholiasta Aristoph. Vesp. 191: *περὶ ὄνου σκιᾶς — Μένανδρος ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ*, quae eadem fere leguntur apud Zenobium VI 28.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ.

I.

Ἐξώλης ἀπόλοιθ᾽ ὅστις ποτὲ
ὁ πρῶτος ἦν γήμας, ἔπειθ᾽ ὁ δεύτερος,
εἶθ᾽ ὁ τρίτος, εἶθ᾽ ὁ τέταρτος, εἶθ᾽ ὁ μεταγενής.

Athenaeus XIII p. 559 e: *Μένανδρος ἐν Ἐμπιπραμένῃ* (libri *Ἐμπιμπραμένῃ*) *Ἐξώλης ἀπόλοιτο κτλ.* Vs. 2 ante Grotium Exc. p. 713 legebatur *ἦν ὁ γήμας.* — Vs. 3 Zedelius *Μεταγένης,* ut habet L. At recte legitur *μεταγενής.* Photius p. 263 23. *Μεταγενής: μεταγενέστερος.*

II.

Τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
δι᾽ ὧν ἅπαντα γίγνετ᾽, ἢ κατὰ τοὺς νόμους,
ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τὸ τρίτον ἔθει τινί.

Stobaeus Flor. XLIII 15 cum lemmate *Μενάνδρου Ἐμπιπραμένη.* Servavit locum etiam Apostolius XIX 54. neque poetae nec fabulae nomine indicato. Vs. 2 Apost. *κατὰ τὸν νόμον.* Apud Stobaeum libri *τοὺς* omittunt. — Vs. 3 *τὸ* addidit Bentleius. Ad sententiam Cuiacius Observ. XIX 16 comparavit Modestinum Digest. I 3 40: *Omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo.*

III.

Ἐφ᾽ ᾧ φρονεῖς μέγιστον ἀπολεῖ τοῦτό σε,
τὸ δοκεῖν τιν᾽ εἶναι· καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους.

Stobaeus Flor. XXII 28 cum lemmate *Μενάνδρου Ἐμπιμπραμένῃ.* Vs. 2 cod. B *τι* pro *τιν᾽.* Malim *τις.*

IV.

Ὡς ἀγαθόν ἐστι πρᾶγμα τὸ γενέσθαι τινός
πατέρα.

Stobaeus Flor. LXXV 6 cum lemmate Μενάνδρου Ἐμπιμπραμένῃ. Pro ἔστι codd. AB habent τό. Pro τινὸς cum Dobraeo Adv. II p. 273 malim τέκνων vel τινά.

V. VI.

Καὶ νῦν ὑπὲρ τούτων συνάγουσι κατὰ μόνας.
Ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον.

Athenaeus VIII p. 365 c: ἔλεγον δὲ συνάγειν τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν, καὶ συναγώγιον τὸ συμπόσιον. Μένανδρος Ἐμπιπραμένῃ Καὶ νῦν κτλ. εἶθ' ἑξῆς Ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον. μήποτε δὲ τοῦτ' ἔστι τὸ ἀπὸ συμβολῶν καλούμενον. Vide quae dixi in ed. mai.

ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΣ.

I.

Τὸ σὸν ταπεινὸν ἂν σὺ σεμνύνῃς, καλὸν
ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ· ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς
ταπεινὸν αὐτὸ καὶ τιθῇς ἐν μηδενί,
οἰκεῖος οὗτος κατάγελως νομίζεται.

Stobaeus Flor. XXII 29. Versu primo σεμνύνῃς vir doctus in Ephemer. Ien. 1828 no. 148. Libri σεμνύνῃ.

II.

Τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ἔχει
ἐν τοῖς λογισμοῖς τὰς ἐπιδείξεις δυσκόλους,
ἐν τῷ δὲ πράττειν, ἂν λάβῃ τὸν καιρὸν εὖ,
ἀπροσδόκητον τὴν τέχνην ἐξηύρατο.

Stobaeus Flor. LI 27. Vs. 2 τὰς Gaisfordus. Vulgo μέν. A et Trinc. μὲν τάς. — Vs. 3 ἐξηύρατο A. Vulgo ἐξεύρατο. Fortasse ἐξηύρετο. V. Lobeckius ad Phryn. p. 139.

III.

Τοῖς ἀναιδέσιν βοηθεῖ γὰρ λόγοις τοῦθ' ἓν μόνον,
ἂν βραχεῖς αὐτοὺς ποιῇ τις τόν τε καιρὸν εὖ λάβῃ.

Stobaeus Flor. XXXV 5. Vulgo ἀναιδεέσι. A et B ἀναιδέσι. Vs. 2 Trinc. ποῇ.

IV.

Suidas, *Εἰς τὸ δέον*. — *καὶ Μένανδρος ἐν Ἀπαγγελλομένῳ. μέμνηται δὲ καὶ ἑτέρωθι.* Corr. *Ἐπαγγελλομένῳ.*

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

Duplicem huius fabulae recensionem fuisse Athenaei IX p. 373 c. et Harpocr. p. 139 testimonio constat. Praeter scriptores, qui fragmenta servarunt, commemorat eam Quintil. X 1: *nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putant*: *sed mihi longe magis orator in opere suo probari videtur, nisi forte aut illa mala iudicia, quae Epitrepontes, Epicleri, Locri habent, aut meditationes in Psophodee et Nomotheta et Hypobolimaeo non omnibus oratoriis numeris sunt obsolutae.* Vide edit. mai.

I.

Ἆρ᾽ ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον;
ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται
λαλεῖν ἀπ᾽ ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον.

Theo Progymn. V p. 49 Camer. *ἔστι δὲ καὶ ἀνάπαλιν προθέντα γνωμικὸν λόγον ἀφηγήσασθαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ μύθου παρεσημειωσάμεθα· οἷον καὶ ἐν παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῇ χρηστῇ* *) *Ἐπικλήρῳ Ἆρ᾽ ἐστί κτλ.* Ad primum versum respexit Plutarch. de Garrul. p. 513 d: *πολλῷ γάρ ἐστιν ἡ χαρὰ τῆς κωμικῆς ἐκείνης ἀγρυπνίας λαλίστερον.* Eodem versu idem utitur Theo l. l. p. 45: *τὸ ἐπαπορεῖν καὶ τὸ ἐρωτᾶν κατὰ μὲν τὴν προφορὰν οὐδὲν ἀλλήλων διήνεγκεν· — ἐάν τε γὰρ ἐρωτῶμεν ἐάν τε ἐπαπορῶμεν, οὕτως ἐξοίσομεν Ἆρ᾽ ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον;* — Vs. 3

*) Hemsterhusius ad Lucian. p. 460 corrigit *χρυσῇ*.

λαλεῖν pro λαβεῖν Victorius V. L. 27 12. Ceterum „haec ex initio fabulae ducta esse, ideo a Menandro ficta, ut rerum quas scire deberent spectatores narrandarum esset occasio, et per se probabile est et apparet ex imitatione Turpilii comici, apud Priscianum de metris Terentii p. 412 ed. Krehl. ubi initia fere fabularum commemorantur:

St. Quaeso edepol, quo ante lucem te subito rapis,
here, cum uno puero? PH. Nequeo esse intus, Stephanio.
St. Quid ita? PH. Ut solent, curae me somno segregant,
forasque noctis excitant silentio.

Servum addidisse Turpilius videtur, et apud Menandrum una persona loqui." Dübnerus.

II.

Ὥσπερ τῶν χορῶν
οὐ πάντες ᾄδουσ', ἀλλ' ἄφωνοι δύο τινές
ἢ τρεῖς παρεστήκασι πάντων ἔσχατοι
εἰς τὸν ἀριθμόν, καὶ τοῦθ' ὁμοίως πως ἔχει·
χώραν κατέχουσι, ζῶσι δ' οἷς ἔστιν βίος.

Stobaeus Flor. CXXI 11 cum lemmate Ἐπίκληρος poetae nomine omisso. Ceterum vide edit. mai.

III.

Τί δ' ἂν ἔχοι νεκρὸς
ἀγαθόν, ὅπου γ' οἱ ζῶντες ἔχομεν οὐδὲ ἕν.

Stobaeus Flor. CXXI 19 cum lemmate Μενάνδρου Ἐπίκληρος.

IV.

Ἢ δεῖ μόνον
ζῆν ἢ γενόμενον πατέρα παίδων ἀποθανεῖν·
οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἔστι τοῦ βίου πικρόν.

Stobaeus Flor. LXXVI 4 cum lemmate Μενάνδρου Ἐπικλήρῳ. Priora in libris turbato verborum ordine ita scribuntur: ἢ μόνον δεῖ ζῆν ἢ παίδων γεννωμένων πατέρα ἀπο-

θανεῖν. Correxit Dobraeus Adv. II p. 273. Salmasius *ἢ δεῖ ζῆν μόνον | ἢ πατέρα παίδων ἀποθανεῖν γεννωμένων.* Sed hoc debebat esse *γεννηθέντων.*

V. VI.

Ἀλεκτρυών τις ἐκεκράγει μέγα.
. . . . *οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰς*
ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν.
Αὕτη πότ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνεις μόλις.

Athenaeus IX p. 373 c: *Μένανδρος δ' ἐν Ἐπικλήρῳ πρώτῃ σαφῶς τὸ ἐπὶ τῆς συνηθείας φησὶν ἐμφανίζων οὕτως Ἀλεκτρυὼν — ἀφ' ἡμῶν; καὶ πάλιν Αὕτη πότ' κτλ.* Priora habet etiam Eustath. p. 1440 50. Vs. 2 Eustathius *φησί* omittit. Lacunam Dobraeus Advers. II p. 274 explet verbis *ὁ δ' εὐθύς.* Vs. 3 malim *ὄρνεις.*

VII.

Ὅρα σὺ καὶ φρόντιζε κἀπόστα βραχύ.

Antiatticista p. 81: *Ἀνάβα, κατάβα, διάβα, ἀπόστα. Μένανδρος Ἐπικλήρῳ Ὅρα κτλ.*

VIII. IX.

Harpocratio p. 139 24: *τὸ ὅρον — παρὰ Μενάνδρῳ ἐν δευτέρᾳ Ἐπικλήρῳ σημαίνει ξύλον τι, ᾧ τὴν πεπατημένην σταφυλὴν πιέζουσιν.* — Priscianus XVIII p. 1108: *Attici πεπίστευμαί σοι et ὑπὸ σοῦ. Μένανδρος Ἐπικλήρῳ Οὔπω σοι πεπίστευμαι. Nos quoque: credor tibi et credor a te.*

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ.

Argumentum huius fabulae non dissimile fuisse illi, quod in Hecyra Apollodori vestigia sequutus tractavit Terentius, prodidit Sidonius Apoll. Epist. IV 12 p. 257: *nuper ego filiusque communis Terentianae Hecyrae sales ruminabamus; studenti assidebam, naturae meminens et professionis*

oblitus. Quoque absolutius rhythmos comicos sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti, i. e. Epitrepontem (sic) *Menandri manibus habebam.* Ad tituli rationem perspiciendam facit Harpocrat. p. 84 3: *τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπειν, ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι, ὅθεν καὶ Μενάνδρου δρᾶμα Ἐπιτρέποντες*, et schol. Aristoph. Acharn. 1114: *ἐπιτρέψαι ὥστε κρῖναι. καὶ Μένανδρος Ἐπιτροπεῖ* (sic). Ob litigantium iudicia aliasque virtutes oratorias commendatur haec fabula a Quintil. X 1. Atque omnino praestantissimis eam poetae nostri fabulis adnumeratam fuisse colligas ex Alciphrone Epist. II 1 14 et Apollon. de Synt. III p. 297, qui in exemplis memorat verba *ἀναγινώσκω σοι Ἀλκαῖον, κωμῳδῶ σου τοὺς Ἐπιτρέποντας*, non facturus nisi magnam haec fabula celebritatem adepta esset. Coqui dicacis partes in ea fuisse diserte tradit Athenaeus XIV p. 659 b: *μάλιστα δὲ εἰσάγονται μαγειροὶ σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσιν.*

I.

Μὴ καταφρονήσῃς τῶν θεῶν· ἐν παντὶ δεῖ
καιρῷ τὸ δίκαιον ἐπικρατεῖν ἁπανταχοῦ,
καὶ τὸν παρατυγχάνοντα τούτου τοῦ μέρους
ἔχειν πρόνοιαν κοινόν ἐστι τῷ βίῳ.

Orion Gnomol. VI 4 cum lemmate *ἐκ τῶν Ἐπιτρεπόντων Μενάνδρου.* Vs. 1 *τῶν* et vs. 3 *τοῦ* addidit Schneidewinus. Verba *ἐν παντὶ — ἐπικρατεῖν* servavit etiam Stobaeus Flor. IX 2, sed omisso fabulae titulo.

II.

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
ἔστ' ἀθλιώτερος, διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην.

Stobaeus Flor. XXX 7. Latine vertit Ausonius Epigr. CXVII: *Sanus piger febriente multo est nequior, Potat duplum dupesque duplices devorat.* Respicit Simocatta Epist. LXI p. 316: *ἀργὸς γὰρ ὢν ἀθλιώτερος εἶ τοῦ πυρέττοντος, ἐσθίων μάτην διπλάσια.* Apud Stobaeum cod. A *ἔστ'* omittit et pro *διπλάσια γοῦν* exhibet *δίπλαοι ἄγουν.* N et Trinc.

διπλᾶ οἷα γοῦν. Bentleius ἀχρειότερος· διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην. Probat hoc Elmsleius apud Dobraeum Adv. II p. 274; nisi quod δ᾽ pro γάρ. Suspicabar numeris trochaicis scribendum esse: — ἀργὸς ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ | ἀθλιώτερος· διπλάσια γοῦν (vel γὰρ) κατεσθίει μάτην.

III.

Ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι μὲν πολὺ
αἴσχιστόν ἐστι, τὸ δ᾽ ὀδυνᾶσθ᾽ ἀνθρώπινον.

Stobaeus Flor. LXXXIX 5. Ita Heringa Observ. p. 244 correxit librorum lectionem: ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ αἴσχιόν ἐστι.

IV.

Οὐκ οἰμώξεται
καταφθαρεὶς ἐν ματρυλείῳ τὸν βίον;

Harpocratio p. 124. Ματρυλεῖον: Ἡρακλέων καὶ Δίδυμος τόπον τινά φασιν εἶναι ἐν ᾧ γρᾶες διατρίβουσαι δέχονται τοὺς βουλομένους καταμεθυσθῆναι. Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν Οὐκ οἰμώξεται κτλ. Eadem Suidas v. ματρυλεῖον.

V.

Οἴει τοσαύτην τοὺς θεοὺς ἄγειν σχολήν,
ὥστε τὸ κακὸν καὶ τἀγαθὸν καθ᾽ ἡμέραν
νέμειν ἑκάστῳ, Σμικρίνη;

Davides ad Aristotelis Categ. p. 23 27: οἱ Ἐπικούρειοι καὶ μέχρι τῶν οὐρανίων ἵστων τὴν πρόνοιαν, ἵνα μὴ πράγματα σχῇ τὸ θεῖον περιεργαζόμενον τὰ τῇδε. μέμνηται δὲ τῆς δόξης καὶ Μένανδρος ἐν τοῖς Ἐπιτρέπουσιν ἡνίκα φησίν Οἶμαι τοσαύτην πρὸς θεοὺς αγειν σχολὴν ὡς ἀγαθόν τε καὶ κακὸν καθ᾽ ἡμέραν νέμειν ἑκάστῳ σμικρὸν ἦν. Publicavit haec primus C. F. Neumannus *Mémoire sur les ouvrages de David* p. 54. ubi οἶμαι omissum est et pro τοσαύτην legitur ταύτην. Adscripsi locum ut legitur apud Iohannem Philop. de Aetern. mundi XVI 4: οἶδεν ἄρα καὶ τὰ μερικὰ ὁ θεός, καὶ οὐχ ὡς ἀθέως τῶν παρ᾽ Ἕλλησι

θεομάχων μᾶλλον ἢ θεολόγων τινὲς ἔφασαν, ἀγνοεῖ ὁ θεὸς τὰ καθ' ἕκαστα, μόνον οὐκ ἐκεῖνο τὸ κωμικὸν λέγοντες Οἴει τοσαύτην — νέμειν ἑκάστῳ. Duo postrema verba, σμικρὸν ἦν, Philoponus omittit. Ea in Σμικρίνη mutanda esse monui ante hos undecim annos in Quaest. scen. III p. 40. *) Smicrinae autem quas partes Menander hac in fabula imposuerit, coniicere licet ex scholio Ambrosiano ad Odyss. ή 225: κομιδῇ γὰρ σμικρολόγος φαίνεται (Ὀδυσσεὺς) προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν. ὡς παρὰ Μενάνδρῳ σμικρύνησιν ἐπιτρέπουσιν. Legendum ὡς παρὰ Μενάνδρῳ Σμικρίνης ἐν Ἐπιτρέπουσιν. Itaque sordidi avari partes sustinebat Smicrines Menandreus, et qui divitiarum studio vel liberorum suorum salutem postponeret. Cfr supra p. 106 et Iacobsii Lectt. Stob. p. 97.

VI.

Ἐπέπασα
ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἐὰν οὕτω τύχῃ.

Athenaeus III p. 119 e: καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς τάριχος Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν Ἐπέπασα κτλ. Eustathius ad Hom. p. 73 extr. κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν καὶ τάριχος ἑκατέρως λέγεται, τὸ τάριχος γὰρ καὶ ὁ τάριχος· φέρει δ' ἐκεῖνος καὶ χρήσεις ἀμφοῖν. Μένανδρος Ἐπέπασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας. Lexicon Hermanni p. 325: καὶ Μένανδρος ὁμοίως φησὶν Ἐπέπασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἂν οὕτω τύχῃ. Hermannus ἐπιπάσω pro ἐπέπασα, quod servari posse videtur. V. Posidipp. Χορ. 7 9. — Vs. 2 ἐὰν pro ἂν Elmsleius Edinb. Rev. III p. 191.

VII.

Priscianus XVIII p. 1168: *ἀρτίως καὶ ἄρτι et praeteritum paullo et praesens significat apud illos. — Menander ἐν Ἐπιτρέπουσιν εἴσειμι πρὸς ἐκείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ.* Ita cod. Monac. apud Spengel. App. Varr. p. 616. Putschius πρός σε κείνην. Neque aliter Aldus, qui δέ γ' εἰς pro λέγεις habet, et κατανοῶ pro γὰρ νοῶ.

*) Fugit hoc Dübnerum.

VIII.

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν ἂν μὴ προσποιῇ.

Orion Gnomol. VII 8 cum lemmate *ἐκ τοῦ ἀποτρεπόντων.* V. Schneidewinum p. 86. Servavit versum etiam Lucianus Iove trag. 53 et Stobaeus Flor. CVIII 57. Cfr Gnomas monost. Ald. 52.

IX.

Ἐπιτρεπτέον τινί
ἔστι περὶ τούτων.

Scholiasta Aristoph. Acharn. 1114: *ἐπιτρέψαι ὥστε κρῖναι. καὶ Μένανδρος Ἐπιτροπεῖ* (sic) *Ἐπιτρεπτέον κτλ.*

X.

Scholiasta Eurip. Phoen. 1161: *τύφεσθαι τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς συγκεχύσθαι. Μένανδρος ἐν Ἐπιτρέπουσιν Ἐξετύφην μὲν οὖν | κλαίουσα (κλάουσα).*

XI.

Erotianus gloss. Hippocr. p. 170. *Ἐχῖνος: χύτρας εἶδος μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης. μέμνηται τῆς λέξεως — Μένανδρος ἐν Ἐπιτρέπουσιν.*

ΕΥΝΟΥΧΟΣ.

Dave, cito, hoc credas iubeo, finire dolores
praeteritos meditor. Crudum Chaerestratus unguem
abrodens ait haec. *An siccis dedecus obstem*
cognatis? an rem patriam rumore sinistro
limen ad obscurum frangam? dum Chrysidis udas
ebrius ante fores extincta cum face canto.
Euge, puer, sapias: dis depellentibus agnam
percute. *Sed censen' plorabit, Dave, relicta?*
Nugaris: solea, puer, obiurgabere rubra.
ne trepidare velis atque arctos rodere casses.
nunc ferus ac violens: at si volet, haud mora, dicas.

Quidnam igitur faciam? nec nunc cum accersat, et ultro supplicet, accedam? Si totus et integer illinc
exieras, nec nunc.

Sunt Persii versus Sat. V 161 sqq. ad quem locum vetus glossator haec adscripsit: „Hunc locum e Menandri Eunucho traxit, in quo Davum servum Chaerestratus adolescens alloquitur, tanquam amore Chrysidis derelictus, idemque tamen ab ea revocatus ad illam redit. Apud Terentium personae immutatae sunt." Recte; nam Davo Menandri apud Terentium Parmenonis, Chaerestrato Phaedriae, Chrysidi Thaidis nomen impositum est. Patrem Chaereae, cuius nomen Terentius reticet, Menandro Simonem appellatum fuisse testatur Donatus ad V 5 1. qui ad III 3 1 de Chreme haec annotat: „haec persona apud Menandrum adolescentis rustici est." Ad quae cfr Grauertum Anal. histor. et philol. p. 156.

I.

Terentius fabulae initio: *Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem, cum accersor ultro?* ubi particulam Menandreorum servavit Donatus: *εἶτα τί ποιήσω;* Addit idem verba *non eam ne nunc quidem* ita iungi ab iis qui secundum Menandri exemplum legant. Probum autem distinxisse: *non eam? ne nunc quidem, quum accersor ultro?* Apparet ex his Terentium verbum de verbo expressum extulisse, unde Menandrum haec ita dixisse suspiceris:

Εἶτα τί ποιήσω; μὴ προσέλθω μηδὲ νῦν,
αὐτῆς καλούσης;

II.

Μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι
χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ' ἀναγκαίους φέρε.

Stobaeus Flor. CVIII 46. Sunt Davi verba, ut docet Terentius I 1 31. ubi Parmeno dicit: *si sapis, Neque praeterquam quas ipse amor molestias Habet, addas, et illas quas habet recte feras.*

III.

Οὗτός ἐστι γαλεώτης γέρων.

Donatus ad IV 4 22: *Erravit Terentius non intelligens Menandricum illud* οὗτός (alii αὐτός) ἐστι γαλεώτης γέρων. *Ait autem stellionem, animal quod lacertae non dissimile est, maculoso corio.* Terentii verba haec sunt „Hic est vietus vetus veternosus senex colore mustellino." Ubi Bentleius Menandrei loci ductu et indicio *colore stellionino* reposuit, quod an recte fecerit, nunc non disputo. Idem Menandri locus latet apud Suidam, *Ἀσκαλαβώτης: ὁ γαλεώτης, οὐχὶ καλαβώτης, μᾶλλον δὲ γαλεώτην. Μένανδρος Οὑτοσὶ δὲ γαλεώτης γέρων.* Grammaticus Seguer. p. 452: *Ἀσκαλαβώτην, οὐχὶ καλαβώτην λέγουσι, μᾶλλον δὲ γαλεώτην. Μένανδρος οὕτως.* Apud Eusebium P. E. V 12 in versu incerti poetae: *ζώοισιν μικροῖσι κακοικιδίοις σκαλαβώταις,* forsitan praestat *καλαβώταις.*

IV.

Πάντα τὰ ζητούμενα
δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ σοφώτατοι.

Stobaeus Flor. XXIX 47 et omisso fabulae titulo Clemens Alex. Str. V p. 235 Sylb. Stobaeus *σοφώτεροι.*

V.

Zenobius V 95. *Συστομώτερος σκάφης: παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς σκάφας φερόντων μετοίκων. διὰ τὸ ἀπαρρησίαστον οἷς οὐδὲ χανεῖν ἐξεῖτο. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι. — μέμνηται ταύτης Μένανδρος ἐν τοῖς Εὐνούχοις* (sic). De inquilinis *σκαφηφόροις* nota omnia. Menandri locum ad Terent. III 4 48 refert Grauertus.

VI.

Pollux IX 45: *καὶ σιτοβολεῖα, Μένανδρος ἐν Εὐνούχῳ.* Grauertus comparat Terent. II 3 18. Idem Pollux X 137 vocem *ῥίσκος* novae comoediae poetis frequentatam esse dicens videtur ad Menandri Eunuchum respexisse. Utitur ea Terentius IV 6 16.

VII.

Terentius Andr. V 5 3: *Ego vitam deorum ea propter sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum propriae sunt: nam mi immortalitas Parta est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit.* Ubi Donatus hanc sententiam Terentium totam de Menandri Eunucho transtulisse annotat. Praeterea idem Menandri fabulam his locis a Dübnero indicatis commemorat. Ad II 2 58 „non potest Terentius *τρόφιμον* proprie dicere: et ideo herilem filium dixit." Ad III 4 1 de Antiphontis persona „bene inventa persona est, cui narrat Chaerea, ne unus diu loquatur, ut apud Menandrum." Ad V 5 31 „manifestius hoc Menander explicat, iam pridem infestum meretrici senem, post corruptum ab ea Phaedriam: nunc demum se inventa occasione vindicaturum."

Ε Φ Ε Σ Ι Ο Σ.

I.

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς,
ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐκδεδυκότα
ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

Harpocratio p. 116 22: *κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντό τινες. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ κύκλῳ περιεστάναι τοὺς πωλουμένους. Μένανδρος Ἐφεσίῳ Ἐγὼ μὲν ἤδη κτλ.* Verba sunt servi ob facinus nescio quod timentis ne in catasta collocatus venumdetur. Vs. 1 vulgo post *μὲν* additum *οὖν* omittit cod. N. — Vs. 3 Bekkeri libri *ἐκδεδυκότα*, praeter unum Λ, qui *ἐνδεδυκότα* habet, ut vulgo legitur. Ceterum vide edit. mai.

II. III.

Ἐπ' ἀρίστῳ λαβὼν
ὀψάριον.
Τῶν ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τεττάρων
δραχμῶν ἐπώλει κωβιούς. Β. πολλοῦ σφόδρα.

Athenaeus IX p. 385 e: *ὀψάριον ἐπὶ ἰχθύος* — *καὶ Μένανδρος ἐν Ἐφεσίῳ Ἐπ' ἀρίστῳ λαβὼν ὀψάριον. εἶτ' ἐπιφέρει Τῶν ἰχθυοπωλῶν* — *κωβιούς*. Idem VII p. 309 e: *Μένανδρος Ἐφεσίοις* (leg. *Ἐφεσίῳ*) *Τῶν ἰχθυοπωλῶν* — *σφόδρα*. Vs. 3 pro *ἐπώλει* Athenaeus altero loco *ἐτίμα*. — Vs. 4 *πολλοῦ* addidit Salvinius Obs. in Menandr. p. 157.

IV. V.

Suidas I p. 379. *Ἔνδυο: τὸ ταχέως, ὡς ἡμεῖς. Μένανδρος Ἐφεσίῳ Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο*. Ita enim pro *ἔνδυο* legendum esse vidit Bentleius. Cfr Lobeckius ad Phryn. p. 414. — Zenobius VI 9. ubi cum proverbium *Τενέδιος ἄνθρωπος* explicuisset addit: *μέμνηται ταύτης ἐν Ἐφεσίῳ Μένανδρος*. Vide edit. mai. Similia Suidas s. v. *Τενέδιος*.

ΗΝΙΟΧΟΣ.

I.

Ἀλλὰ θεὸς οὐδεὶς εἰς τὸ προκόλπιον φέρει
ἀργύριον, ἀλλ' ἔδωκεν εὔνους γενόμενος,
πόρνης βουλὴν ἔδειξεν εὐπορίας τινός,
ἣν ἂν παρίῃς μηκέτ' αἰτιῶ θεόν,
ἤδη δὲ τῇ σαυτοῦ ζυγομάχει μαλακίᾳ.

Orion Gnomol. IV 1 in titulo *περὶ προνοίας*, cum lemmate *ἐκ τοῦ Ἡνιόχου Μενάνδρου*. Vs. 1 cod. *τόν*. Schneidewinum delebat. Scripsi *τό*. Idem vs. 3 tentat *πόρνης βολήν τ' ἔδειξεν*, *Venereum iactum* intellegens, quod et sine exemplo est et *βόλον* dicendum erat. Nec sententiae id aptum est, quae haec esse debet, ut deus hominibus ditescendi *occasionem* praebere dicatur. Itaque nihil ultra requirem si legeretur: *ἔδωκεν εὔνους γενόμενος* | *πρόφασιν ὁδόν τ' ἔδειξεν εὐπορίας τινά*. Ipsa Menandri verba non dubito quin sollertiores inventuri sint. — Vs. 4 codex *ἣν ἂν παρῇς μηκέτι τὸν θεὸν αἰτῶ*. Correxit Schneidewinus,

qui etiam *μηκέτ' αἰτῶ τὸν θεὸν* legi posse dicit. Voluit opinor *αἰτοῦ*. Idem vs. 5 *μαλακίᾳ* pro *μαλθακίᾳ*.

II.

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεός
μετὰ γραός, οὐδ' εἰς οἰκίαν παρεισιὼν
ἐπὶ τοῦ σανιδίου. τὸν δίκαιον δεῖ θεὸν
οἴκοι μένειν σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους.

Iustinus de Monarch. p. 39: *περὶ τῶν δοκούντων παρά τισι μετέχειν τοῦ ἁγίου καὶ τελείου ὀνόματος — Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ λέγει Οὐδείς μ' ἀρέσκει κτλ.* Eundem locum servavit Clemens Alex. adv. Gent. p. 22 Sylb. *Μένανδρος γοῦν ἐν Ἡνιόχῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι Οὐδείς μ' ἀρέσκει — ἐπὶ τοῦ σανιδίου [μηναγύρτης]*. Scribendum videtur *ἐν Ἡνιόχῳ καὶ ἐν Ὑποβολιμαίῳ*, non quod iisdem in utraque fabula versibus poetam usum fuisse putem (quamquam ne hoc quidem improbabile), sed quod similem Clemens in Hypobolimaeo sententiam se legere meminerat.

III.

Ἐλεεῖν δ' ἐκεῖνος ἔμαθεν εὐτυχῶν μόνος.
ὁ χρηστός, ὡς ἔοικε, καὶ χρηστοὺς ποιεῖ.
μί' ἐστὶν ἀρετὴ τὸν ἄτοπον φεύγειν ἀεί.

Orion Gnomol. VII 6 in titulo *περὶ ἀρετῆς*, cum lemmate *ἐκ τοῦ Ἡνιόχου Μενάνδρου.* Non dubito quin tria diversi loci fragmenta sint, quamvis repugnante Schneidewino, qui primum versum ita interpretatur: *ille solus* (qui *χρηστὸς* est) *quum fortunatus vivit, miserescere didicit.* Vereor ne versus corruptus sit. Alterum versum edidit in Menandreis Boissonadius Anecd. gr. I p. 158. Tertius est in Menandri monost. 339.

IV.

Ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος
τά γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Stobaeus Flor. CVIII 45: *Μενάνδρου Ἡνιόχου.* Vs. 1 fort. *μή 'στιν.* Sed recte *μὴ αἴτιος* legitur, quae crasis non minus bene habet quam quae est in *μὴ οἴχεται, μὴ εὐλαβοῦ* aliis. — Vs. 2 *τά γ'* Gesnerus. Libri *τό γ'.* Ceterum cfr Antiphanis Fragm. inc. LXVI.

V.

Τὸν δὲ παῖδ' οὐδ' εἴδομεν,
ἀλλ' ἁρπαγὴν αὐτῷ κατασκευάζομεν.

Ammonius p. 22 de *ἁρπαγὴ* et *ἁρπάγη* agens: *παρὰ Μενάνδρῳ — ἐν Ἡνιόχῳ Τὸν δὲ παῖδα κτλ.* Ita Heringa Obs. p. 286. Vulgo *τὸν παῖδα οὐ δίδομεν.* Sed praestat forsitan *τὸν παῖδα δ' οὐ διήσομεν, non transmittemus.*

VI — VIII.

Ammonius p. 146: *Χειμάζειν — τὸ ἐνοχλεῖν, ὡς Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ.* Fortasse eundem locum respexit Phrynichus Epit. p. 387: *ἐπιχειμάζεις σεαυτόν, Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν.* — Harpocratio, *Αὐτολήκυθοι: τὸ ὄνομα καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἔν τε Ἡνιόχῳ καὶ Δακτυλίῳ.* — Photius, *Παρῶμμαι: ἐν ὑπεροψίᾳ εἰμί. Μένανδρος Ἡνιόχῳ.*

Η Ρ Ω Σ.

I.

Δέσποιν', Ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεύς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντ' ἀναγκασθεὶς ποιεῖ.

Stobaeus Flor. LXIII 21. *Μενάνδρου Ἥρωϊ.* Vs. 2 *τῶν* a Grotio additum, cuius vide annotata ad Stobaeum p. 539.

II.

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Stobaeus Flor. LXXXIX 7. *Μενάνδρου Ἥρωϊ.* Vs. 1 *τὸ καλὸν* A. Voss. et Trinc. *τὸν καλὸν* vulgo. — Vs. 2 libri *τὸν ἐλεύθερον δὲ δεῖ.* Correxit Bentleius Grotius *τὸ δ' ἐλ. δεῖ.*

III.

Ὡς οἰκτρόν, ἢ τὰ τοιαῦτα δυστυχῶ μόνη,
ἃ μηδὲ πιθανὰς τὰς ὑπερβολὰς ἔχει.

Stobaeus Flor. CIV 13 cum lemmate Μενάνδρου Ἥρωι. Vs. 1 cod. B εἰ pro ἢ.

IV.

Πεφαρμάκευσ᾽ ὦ γλυκύτατ᾽ ἀναλυθεὶς μόλις.

Suidas, Ἀναλυθῆναι: τὸ καθαρμῷ τινι χρήσασθαι φαρμάκων. Μένανδρος Ἥρωι *) Ἐπιφαρμάκευσον γλυκύτατ᾽ ἀναλυθεὶς μόλις. Ita vulgo. Cod. A et Zonaras Lex. p. 202 ἐπεφαρμάκευσο, unde scripsi in prima edit. ἐπιφαρμάκευσ᾽ ὦ γλυκύτατ᾽ etc. hac sententia: *vix ac ne vix quidem incantamentis a malo liberatus, praeterea* καθαρσίῳ *te purga.* In his ὦ γλυκύτατε haud dubie verum est. Sed pro ἐπιφαρμάκευσ᾽ probavi cum Bernhardio Lobeckii coniecturam πεφαρμάκευσαι. V. Aglaoph. p. 644. Cod. B ἐπεφαρμάκευσον. E ἐπεφαρμάκευσον, postremae syllabae superscripto ε. De verbo ἀναλυθῆναι dixi in edit. mai.

V.

Εὖ ἴσθι, κἀγὼ τοῦτο συγχωρήσομαι.

Ammonius p. 76: ἴσθι καὶ γίνωσκε διαφέρει — Μένανδρος Ἥρωι Εὖ ἴσθι κτλ.

VI.

Χοῦς κεκραμένου
οἴνου· λαβὼν ἔκπιθι τοῦτον.

Athenaeus X p. 426 c. de variis vini miscendi modis agens: Μένανδρος ἐν Ἥρωι Χοῦς κτλ.

VII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1262: ἀπὸ δὲ τοῦ θηλυκοῦ τοῦ παῖς γίγνεται ἡ παιδίσκη καὶ αἱ παιδίσκαι τῶν

*) Ita ex codd. Gaisfordus. Vulgo Ἥρωσι.

παιδισκῶν περισπωμένως ὡς μονογενές, τῶν παιδισκῶν τινὶ δούς, παρὰ τῷ Μενάνδρῳ ἐν τῷ Ἥρωι. Fuit opinor: τῶν δὲ παιδισκῶν τινί | δούς.

Θ Α Ι Σ.

Obiter Menandri Thaidem commemorant Athen. XIII p. 567 c. ubi fabulas enumerat quibus meretricum nomina ab auctoribus indita fuere, et Alciphro Epist. II 4 135. ubi Glycera Menandro suadet, ut eas ad Ptolemaeum afferat comoedias, quae huius Dionysum maxime iuvare queant, εἴτε Θαΐδας, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα κτλ. Legendum Θαΐδα. Extat etiam Martialis epigramma „in Menandri Thaidem" XIV 187:

Haec primum iuvenum lascivos lusit amores;
nec Glycere, vere Thais amica fuit.

Quod cum alii aliter explicaverint (v. Petitus Misc. III 3 et Turnebus Adv. IX 24), mihi omnium maxime ingeniosa I. F. Gronovii (Observ. in Script. eccl. II p. 28) interpretatio placet, quam ipsis viri summi verbis apposui in edit. mai. p. 566. Omnino magnam celebritatem adepta videtur haec fabula, in qua famosissimi nominis *) meretricem ita suis artificiis utentem introduxerat poeta, ut, quum cuiusvis generis homines mira qua pollebat blandiloquentia ad se allexisset, neminem tamen constanti amore prosequeretur, sed illud unice spectaret, ut quos callidissimis fraudibus et venustatis illecebris irretiisset, pecunia emungeret et emunctos excluderet. Vid. Fragm. I. Cfr Lucianus rhet. praec. vol. III p. 13: ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλόν, Αὐτοθαΐδα τὴν κωμικήν, ἢ Μαλθάκην ἢ Γλυκέραν τινὰ μιμησάμενος τῷ προσηνεῖ τοῦ φθέγματος. Propert. lib. II 5 3:

Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

---

*) Profusa Thaidis luxuries ita diffamata erat, ut Tarentino cuidam in omnes voluptates prolapso contumeliae causa Thaidis nomen imponerent. V. Dionysius Halic. in Maii Excerptis II p. 504.

Cfr idem lib. IV 5 42. quem locum, quoniam e Menandri fabula expressum esse non temere suspiceris, hic totum adscribam:

Nec te Medeae delectent probra sequacis:
nempe tulit fastus ausa rogare prior:
sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
quum ferit astutos comica moecha Getas.
in mores te verte viri: si brachia iactat,
i comes et voces ebria iunge tuas.
ianitor ad dantes vigilet; si pulset inanis,
surdus in obductam somniet usque seram.
nec tibi displiceat miles non factus amori,
nauta nec attrita, si ferat aera, manu.
aut quorum titulus per barbara colla pependit,
cretati medio cum saluere foro.
aurum spectato, non quae manus adferat aurum.

In his multa apte comparari poterunt cum Philostrati Epist. LXVIII p. 947. Pretiosam vocat Propertius Thaidem, utpote noctes suas magno vendentem, quamquam non minus recte de pretioso ac splendido, quo a Menandro in scenam producta fuerit, corporis vestiumque cultu intellegas. Tunica ad talos demissa contra morem meretricium Menandri Thaidem in scenam prodiisse, discimus e Varronis fragmento apud Nonium Marcellum s. v. *demittere* et *tunica:* „Quum etiam Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos." Qui matronarum erat habitus (Eustathius ad Iliad. p. 409 4 et Huschkius Anal. Litter. p. 299), meretricibus succinctiore veste utentibus. Denique ad Menandri Thaidem respicere videtur Ovidius A. A. III 604: *ut sis liberior Thaide, finge metus.*

I.

Ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην, θεά,
θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,
ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,
μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

Plutarchus de aud. poet. p. 19 A: *Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν Ἐμοὶ μὲν οὖν κτλ.* Vs. 1 de *ἄειδε* cfr ad Cratini fragm. p. 222. — Vs. 4 libri *μηθένος*.

II.

Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.

Legitur in Pauli ep. ad Corinth I 15 33. „Memini me in „uno ex vetustis exemplaribus N. T. legere haec verba mar„gini adscripta: *Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαδίᾳ*, „ubi tamen merito quis suspicetur scribendum potius *Θαΐδι*: „ac certe (ut verum fatear) propemodum oculos fugiebant „postremae huius vocis literae." Sunt H. Stephani verba in Comic. gr. p. 351. Menandro hunc versum tribui etiam ab Hieronymo in Tit. I et in Galat. IV monuit Clericus. Tanquam Euripidis versus laudatur a Socrate Hist. Eccl. III, 16. Sine auctoris nomine legitur apud Clem. Alex. Paed. II 6 p. 73 Sylb. Latine reddidit Tertull. ad Uxor. I 8: *bonos corrumpunt mores congressus mali.*

III. IV. V.

Aelianus H. A. XII 10: *ἡ παροιμία λέγει τὸν μυὸς ὄλεθρον. μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Μένανδρος ἐν Θαΐδι.* — Photius et Suidas, *Πτωχότερος κίγκλου, παροιμία ᾗ κέχρηται Μένανδρος Θαΐδι.* — Harpocratio p. 125 27: *Μέταυλός ἐστιν ἡ ῥυπαρὰ λεγομένη αὐλή, οὗ ὄρνιθες ἦσαν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις, Μένανδρος Θαΐδι.*

ΘΕΤΤΑΛΗ.

De argumento huius fabulae dubitare nos non sinit Plinius H. N. XXX 2: *Troianis itaque temporibus Chironis medicinis contenta* (Thessalia) *et solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius* (artis magicae) *in tantum adhaesisse, ut Menander quoque, litterarum subtilitati sine aemulo genitus, Thessalam cognominaret fabulam, complexam ambages feminarum detrahentium lunam.*

Scilicet hic quoque meminisse oportet, quod Plutarchus ait τῶν Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικὸν εἶναι τὸν ἔρωτα apud Stobaeum LXI 11. Nam Thessala illa, quam primas fabulae partes sustinuisse maxima est suspicio, illud haud dubie magicis suis artificiis efficere conata est, ut aut Theocriteae pharmaceutriae similis adamatum iuvenem sed alieno amore irretitum sibi reconciliaret, aut in alius gratiam vel iuvenem vel puellam amore incenderet. Cfr Lucian. Pseud. III p. 41. De Thessalis mulieribus lunam de caelo detrahentibus vide ne alios commemorem, I. H. Vossium ad Virgilii Ecl. VIII 69. Θεττάλην, non Θετταλὴν, fabulae indicem scribendum esse praeter schol. Aristoph. Nub. 746 et Ammonium p. 117 praecipit Stephanus Byz. p. 138: τὸ Θεττάλη, δρᾶμα Μενάνδρου, βαρύνεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθέν, h. e. *cum e communi significatione in rei certae proprietatem concesserit*, ut Gellii verbis utar N. A. XVII 3.

I.

Μικρά γε πρόφασίς ἐστι τοῦ πρᾶξαι κακῶς.

Stobaeus Flor. IV 40 cum lemmate Μενάνδρου Θετταλῇ.

II.

Εὐθυμία βέλτιστε τὸν δοῦλον τρέφει.

Stobaeus Flor. LXII 31 cum lemmate Μενάνδρου Θεττάλῃ. Vulgo βίε pro βέλτιστε, quod reponendum esse vidit Gaisfordus. Bentleius εὐθυμία τοι Τίβιε. Tum τὸν δοῦλον cod. A. Olim τῶν δούλων.

III.

Καὶ τὸ κεράμιον
ἀνέῳχας· ὄζεις, ἱερόσυλ', οἴνου πολύ.

Lexicon Seguer. p. 399: Ἀνέῳγεν, οὐχὶ ἤνοιγε. καὶ ἀνεῴγετο λέγουσι. καὶ [Μένανδρος] Θρασυλέοντι Ἤδη δ' ἀνέῳγε τὴν θύραν. Θετταλῇ (sic) Καὶ τὸ κεράμιον κτλ.

Suidas v. ἀνεῴγεισαν: Θεττάλῃ καὶ τὸ κεράμιον ἀνέῳγεν. Zonaras p. 213: καὶ ἐν Θετταλοῖς (sic) τὸ κεράμιον ἀνέωκται.

IV.

Ἕλυσ᾽ ἐμαυτὸν εἶτ᾽ ἀπέδραν μόνος.

Zonaras p. 274: Ἀπέδραν καὶ ἀπέδρα χρὴ λέγειν, οὐχὶ ἀπέδρασα καὶ ἀπέδρασεν Ἕλυσ᾽ ἐμαυτόν κτλ. Ex Menandri Thessala haec esse docet Lex. Seguer. p. 419 31: Ἀπέδρα καὶ τὸ πρῶτον πρόσωπον ἀπέδραν — Μένανδρος Θετταλοῖς (sic) εἶτ᾽ ἀπέδραν μόνος. Quae leguntur etiam apud Suidam s. v. ἀπέδρα, ubi fabulae titulus olim scribebatur Δαιταλεῦσιν.

V. VI.

Photius, Ὁλόκληρος: οἱ ἄρχοντες ἐδοκιμάζοντο εἰ ὁλόκληροι εἰσίν· Μένανδρος Θετταλῇ (sic) Ὁλόκληρος οὗτός σοι ξένε. — Pollux X 115: λυχνοκαΐα Μένανδρος ἐν τῇ Θετταλικῇ (sic).

ΘΕΟΦΟΡΟΥΜΕΝΗ.

I.

Respexisse videtur ad hanc fabulam Alciphro Epist. II 4 164, ubi Glycera ad Menandrum: μαντεύσαιτο ἡ Φρυγία τὰ συμφέροντα κρεῖσσον τῆς θεοφορήτου σου κόρης, ex quo de argumento fabulae coniicere licet, quod indicat etiam locus apud Stobaeum Flor. III 6:

Ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων
μάντις τ᾽ ἄριστός ἐστι σύμβουλός θ᾽ ἅμα.

Quae non dubium est quin apud Menandrum in ipsam illam θεοφορουμένην, h. e. *fatidicam mulierculam*, dicta fuerint. Ad sententiam cfr Fragm. inc. CCXLIII 6. Vs. 2 τ᾽ addidit Salvinus Observ. in Menandr. p. 158.

II.

Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι „Κράτων,
ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει·

ἔσει δ᾽ ὅ τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβατον, τράγος,
ἄνθρωπος, ἵππος· δὶς βιῶναι γάρ σε δεῖ·
εἱμαρμένον τοῦτ᾽ ἐστίν, ὅ τι βούλει δ᾽ ἑλοῦ·"
ἅπαντα μᾶλλον, εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ,
ποίει με πλὴν ἄνθρωπον· ἀδίκως εὐτυχεῖ
κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῷον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν· ἀγαθὸς ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ.
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστίν, ὁ δ᾽ ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
ἄνθρωπος ἂν ᾖ χρηστός, εὐγενὴς σφόδρα,
γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει.
πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.
ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τοὺς χείρονας
ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Stobaeus Flor. CVI 8 cum lemmate *Μενάνδρου Θεοφορουμένου* **(sic). Vs. 1** *Κράτων* **Gesnerus. Libri** *κρατῶν.* **Versu secundo usus est Vespasianus, teste Sueton. Vesp. 23:** ***de Cerylo liberto, qui dives admodum, ob subterfugiendum quandoque ius fisci, ingenuum se et Lachetem mutato nomine coeperat ferre:*** *ὦ Λάχης, Λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει Κηρύλος.* **In his verba** *ὦ Λάχης Λάχης* **ex alio Menandri dramate petita sunt. V. Fragm. inc. fab. CDIX. — Vs. 4** *δὶς βιῶναι* **A. Olim** *διαβιῶναι.* **— Vs. 12** *ἀλεκτρυὼν γενναῖος.* **V. vol. III p. 566. — Vs. 13** *ἀγεννὴς* **suspectum habeo. Fortasse** *ἔσθ᾽, ὁ δ᾽ ἀγενὴς αὖ δέδιε.* **Pro** *ὁ δ᾽* **A habet** *οὐδ᾽.* **— Vs. 14 cod. A** *ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος χρηστός.* **Fortasse** *ἄνθρωπος ἂν δ᾽ ᾖ χρηστός.* **— Vs. 16 respexit Athen. p. 248 c:** *ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς περὶ κολάκων ἐρῶ τι, πράττει γὰρ πάντων ὁ κόλαξ ἄριστα, ὁ καλὸς εἶπε*

Μένανδρος. Scholiasta Euripid. Hipp. 426: *ὁ βίος ἥδεται πονηροῖς, ὡς Μένανδρος Πράττει δ' ὁ κόλαξ — τρίτα λέγει.* — Vs. 17 codd. Caes. et Vind. *τὰ τρίτ' ἔχει.* — Vs. 18 et 19 sunt etiam apud Plutarchum Symp. p. 739 f. ex quo Cratonem nostrum senis partes sustinuisse discimus.

III.

Καὶ ταχὺ
πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ ποτήριον
αὐτοῖς ἄκρατον.

Athenaeus X p. 504 d. de dictione *περισοβεῖν ποτήριον* dicens: *καὶ πάλιν Μένανδρος ἐν Θεοφορουμένῃ Καὶ ταχύ κτλ.* Vide edit. mai.

IV.

Μέσως μεθύων τὴν θηρίκλειον ἔσπασεν.

Athenaeus XI p. 472 b: *θηλυκῶς δὲ τὴν θηρίκλειον εἶπε Μένανδρος ἐν Θεοφορουμένῃ Μέσως κτλ.* Articulum addidit Schweighaeuserus.

V. VI.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 381: *παροιμία δεύτερος πλοῦς. μέμνηται ταύτης Μένανδρος Θεοφορουμένῃ*, et p. 394: *Ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπιφάνης: Μένανδρος Θεοφορουμένῃ.* Idem scholion e cod. Darmst. edidit Creuzerus ad Plotin. de Pulcrit. p. 534, ubi legitur *ἐν Θεοφορουμέναις.*

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

Hanc fabulam obiter a Frontone (v. ad Georg. p. 95) commemoratam, latine reddidisse Luscium Lavinium, recte colligunt e Terentii Prol. Eunuch. 10, ad quem locum vetus interpres latinae fabulae argumentum his verbis exposuit: *Adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri. Sed*

eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam avarus ab adolescente emerat. Servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex thesaurum, tanquam a se per tumultum hostilem defossum, retinet et sibi vindicat. Adolescens iudicem capit: apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: „Athenienses, bellum cum Rhodiensibus quod fuerit, quid ego hic praedicem?" et cetera, quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta notat Terentius. Nequaquam improbabile est Luscium, si summam rei spectes, Menandreae fabulae ordinem et oeconomiam retinuisse. Ceterum vide Fragm. Inc. CDLXXII b.

I.

Εἶτ' οὐ μέγιστός ἐστι τῶν θεῶν Ἔρως
καὶ τιμιώτατός γε τῶν πάντων πολύ;
οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐστὶ φειδωλὸς σφόδρα
ἄνθρωπος, οὐδ' οὕτως ἀκριβὴς τοὺς τρόπους,
ὃς οὐχὶ τούτῳ μερίδα τῷ θεῷ νέμει
τῆς οὐσίας· ὅσοις μὲν οὖν πράως ἔχει,
νέοις ἔτ' οὖσι τοῦτο προστάττει ποιεῖν·
οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι,
οὗτοι προσαποτίνουσι τοῦ χρόνου τόκους.

Stobaeus Flor. LXIII 13. Priores quinque versus, qui vulgo cum Alexidis fragmento (inc. fab. XXXVIII) coniuncti leguntur, ab hoc separandos et cum proximo Menandri fragmento ita ut supra adscripsi connectendos esse acute vidit Tyrwhittus apud Gaisfordium. Quo invento omnes difficultates, quibus qui nunc sextus fragmenti versus est premebatur, funditus tolluntur. Vs. 1 libri *εἶτ' οὖν* sine interrogatione. Recte *εἶτ' οὐ* legitur apud Arsenium Viol. p. 101. — Vs. 4 *ἀκριβής* i. q. *parcus.* Ita *ἀπηκριβωμένως*, *parce*, Alexis p. 481. — Vs. 7 *ἔτ' οὖσι* Gesnerus et cod. B. *αἰτοῦσι* olim. Ibid. *προστάττει* pro *προστάττειν* AB. — Vs. 9 *τοῦ χρόνου* AB. *ὡραίους* vulgo. Bentleius *προσαποτίνουσ' ἀωρίας τόπους.*

II.

Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐστ' ἔρωτος μουσική.

Stobaeus Flor. LXIII 18 cum lemmate *Μενάνδρου Θησαυροῖς.* Atque ita etiam superiori fragmento adscriptum est *Μενάνδρου Θησαυρῶν.*

III.

Ὅταν δ' ἐρῶντος τόλμαν ἀφέλῃς οἴχεται,
εἰς τοὺς ἰαλέμους τε τοῦτον ἔγγραφε.

Stobaeus Flor. LXIV 18 cum lemmate *τοῦ αὐτοῦ Θησαυρῷ.*

IV.

Ἄσιτος ἑπτὰ μῆνας, ὕδατος στράγγ' ἔχων.

Photius, *Στράγγα: Μένανδρος Θησαυρῷ Ἄσιτος κτλ.* Etymol. M. p. 729 43: *στράγξ — καὶ Μένανδρος „ὕδατος στράγγα ἔχων".*

V.

Photius, *Κανθάρου σοφώτερος: παροιμία. Μένανδρος Θησαυρῷ.* At Suidas, *Κανθάρου μελάντερος: παροιμία. Μένανδρος Θησαυρῷ. καὶ κανθάρου σοφώτερος, ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοηθῶν.*

ΘΡΑΣΥΛΕΩΝ.

Commemorant hanc fabulam Alciphro II 4, cuius verba ad Thaidis fragm. 130 adscripsi, et Iulianus Misop. p. 349 c: *πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ — ἄκαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσέδραμον. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾶν ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον,* ex quo loco, quem p. 49 ed. mai. explicui, discimus militarem hanc fuisse fabulam, in qua Thrasyleonti, militi iactatori, primariae partes demandatae erant. Ad eandem fabulam respexit Plutarch. *non suav. vivi sec. Epic.* p. 1095 d: *οὐδὲ γὰρ Ἱέρων γ' ἂν οὐδὲ Ἄτταλος οὐδὲ Ἀρχέλαος ἐπείσθησαν Εὐριπίδην καὶ Σιμωνίδην — ἀναστήσαντας ἐκ τῶν συμποσίων, κατακλῖναι*

Κάρδακας καὶ Ἀγριᾶνας μεθ' αὐτῶν καὶ Καλλίας γελωτοποιούς, καὶ Θρασωνίδας τινὰς καὶ Θρασυλέοντας, ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους ποιοῦντας. Turpilii Thrasyleontem e Menandrea expressam fuisse probabilis est coniectura Casauboni ad Athen. p. 248 b.

I.

Κατὰ πόλλ' ἄρ' ἐστὶν οὐ καλῶς εἰρημένον
τὸ γνῶθι σαυτόν· χρησιμώτερον γὰρ ἦν
τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους.

Stobaeus Flor. XXI 5. Primo versu legebatur πόλλ' ἂν ἐστι. Correxit Porsonus Adv. p. 292. Stephanus Com. gr. p. 408 tacite dedit πολλά γ' ἐστίν. Anton. Mel. LXXX p. 139, ubi idem locus servatus est, πολλῶν ἐστιν exhibet.

II.

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστι δήπου λεγόμενος,
ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον, ἐν κώπαισι πλεῖν.

Stobaeus Flor. LIX 9. Μενάνδρου ἐκ Θρασυλέοντος. Vs. 2 corrigunt τις οὐρίου, κώπαισι. Ac deest πρῶτον in cod. A. Vide edit. mai.

III.

Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ' ὅπως
καταπράξεται τὸν γάμον.

Harpocratio p. 181 23: φιλοσοφεῖν ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι, ἀσκεῖν. Ἰσοκράτης περὶ εἰρήνης καὶ Μένανδρος Θρασυλέοντι Φιλοσοφεῖ κτλ. Emendavit Bentleius. Vulgo καταπράξηται, quod praeter Grammat. Crameri Anecd. II p. 500 habent etiam Photius et Suidas s. v. φιλοσοφεῖν.

IV.

Ὡς ὀκνηρός, πάντα μέλλων, σιτόκουρος ὁμολογῶν
παρατρέφεσθαι.

Athenaeus VI p. 248 a: Μένανδρος δὲ τὸν ἄχρηστον καὶ μάτην τρεφόμενον σιτόκουρον εἴρηκεν ἐν Θρασυλέοντι

οὕτως Ὡς κτλ. Libri ὡς omittunt et inter σιτόκουρος et ὁμολογῶν inserunt verba ἄθλιον ἄχρηστον εἰς γῆν. Correxit Porsonus.

V.

Grammaticus Seguer. p. 399: Ἀνέῳγεν οὐχὶ ἤνοιγε, καὶ ἀνεῴγετο λέγουσι. καὶ Θρασυλέοντι γ ἢ δ. ἡ δ᾽ ἀνέῳγε τὴν θύραν. Menandri nomen hic excidisse iam olim monui. Fortasse scribendum: καὶ [Μένανδρος] Θρασυλέοντι Ἤδη δ᾽ ἀνέῳγε τὴν θύραν. Verba ἤδ᾽ (sic) ἀνέῳγε τὴν θύραν affert etiam Suidas s. v. ἀνεῴγεισαν. Porsonus ἤδι δ᾽ ἀν.

ΙΕΡΕΙΑ.

Hac fabula Menander mulierem quandam induxisse videtur, liberaliter illam quidem educatam, sed superstitionis contagio, communi istius aetatis morbo, adeo contaminatam, ut condicionis suae prorsus oblita inter Cybeles sacrificulas nomen profiteretur suum, et denique eo temeritatis et impudentiae procederet, ut per vicos et plateas libere vagata aeris tinnitu et cymbalorum sonitu quicquid vellet a deorum matre se impetrare posse iactaret. Isti mulierculae poetam Rhodae nomen indidisse docent fragmenta.

I.

Οὐδεὶς δι᾽ ἀνθρώπου θεὸς σώζει, γύναι,
ἑτέρου τὸν ἕτερον· εἰ γὰρ ἕλκει τὸν θεὸν
τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,
ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστὶ μείζων τοῦ θεοῦ.
ἀλλ᾽ ἔστι τόλμης καὶ βίου ταῦτ᾽ ὄργανα
εὑρημέν᾽ ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα.

Servavit Iustinus de Monarch. p. 29 E. et minus plene Clemens Alex. Protr. 29 p. 22 Sylb. cuius haec verba sunt: πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς κωμῳδιοποιὸς ἐν Ἱερείᾳ τῷ δράματι χα-

λεπαίνων πρὸς τὴν συνήθειαν, διελέγχειν πειρᾶται τὸν ἄθεον τῆς πλάνης τῦφον, ἐπιφθεγγόμενος ἐμφρόνως Εἰ γὰρ ἕλκει — εὑρημέν' ἀνθρώποισιν. Vs. 5 βίου, victus quaerendi caussa? an βίας cum Bentleio? Vs. 7 εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ, in seculi ignominiam.

II.

Τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
τὴν αὐλίαν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας·
τὸ δ' ἐπιδιώκειν εἴς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν,
ἔτι λοιδορουμένην, κυνός ἐστ' ἔργον, 'Ρόδη.

Stobaeus Flor. LXXIV 11 omisso fabulae nomine. Recte ad 'Ιέρειαν rettulit Clericus. Vs. 2 vulgo διὰ τὴν αὐλάν. Libri fere habent διὰ τὴν αὐλὰν λίαν. Nostrum Gesnerus in margine. Sed rectius forsan Porsonus Miscell. p. 387 τὴν αὔλιον. Harpocratio p. 40 7: αὔλειος ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ὡς δηλοῖ Μένανδρος. At Moeris p. 192 5: αὐλία θύρα 'Αττικοί. Ceterum cfr Philo de Legg. Spec. p. 803 c: θηλείαις δ' οἰκουρία καὶ ἔνδον μονή (sc. ἁρμόζει), παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων, τὴν μεσαύλιον ὅρον πεποιημένας, τελείαις δ' ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον. Synesius de provid. p. 105 c: μίαν γὰρ ἀρετὴν Ὄσιρις ᾤετο γυναικὸς εἶναι τὸ μήτε τὸ σῶμα μήτε τὸ ὄνομα αὐτῆς διαβῆναι τὴν αὔλιον.

III.

Zenobius V 39. Ὄνου παρακύψεως: μέμνηται ταύτης Μένανδρος ἐν 'Ιερείᾳ — ἐπὶ τῶν καταγελάστως συκοφαντουμένων εἴρηται ἡ παροιμία. Vide interpretes.

Ι Μ Β Ρ Ι Ο Ι.

I. II.

Οὐκ ἔστιν οὐδέν, πάτερ, ἐν ἀνθρώπου φύσει
μεῖζον λογισμοῦ τῷ διαθέσθαι πράγματα.

Ἕκαστός ἐστι τῷ λογίσασθαι κατὰ τρόπον
ἄρχων, στρατηγός, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ' ἔχει.

Stobaeus Flor. III 9. Dispescui haec in duo fragmenta, quorum alterum num ad eandem fabulam referendum sit incertum est. Vulgo legitur vs. 2 et 3 *τῷ διαθέσθαι πράγματα ἕκαστός ἐστι καὶ λογίσασθαι*, in quibus pro *καί*, quod a codicibus abest, scripsi *τῷ*. — Vs. 5 Bentleius *βουλῆς* pro *σύμβουλος*. Porsonus autem Miscell. p. 250 *ὁ λογισμῷ διαφέρων*. Ceterum vide edit. mai. ubi etiam de Caecilii *Imbriis* dictum est.

ΙΠΠΟΚΟΜΟΣ.

I.

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφός,
ἀδοξότερος, μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων,
πήρας μὲν οὖν τρεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι
ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερὲς μὰ τὸν Δία
τῷ γνῶθι σαυτόν, οὐδὲ τοῖς βοωμένοις
τούτοις· ὑπερεῖδε ταῦθ' ὁ προσαιτῶν καὶ ῥυπῶν·
τὸ γὰρ ὑποληφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

Diogenes Laert. VI 83: *ἐγένετο δὲ (ὁ Μόνιμος) ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ὡς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι· ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων, ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ, εἶπεν οὕτως Μόνιμος κτλ.* Vs. 2 codd. Stephani *ἀδοξότατος*, quod fortasse verum est, non tamen vulgari significatu, sed hoc ut Monimus nullis opinionibus (*δόξαις, ὑπολήψεσι*) locum concessisse dicatur. Idem quod non unam sed duas peras gestasse dicitur, indicat, opinor, eum ceteros Cynicos longo intervallo post se reliquisse. Exhibui autem haec ut correcta sunt a Bentleio ex cod. Flor. Cfr varias lectt. apud

Hübnerum. — Vs. 3 *ῥῆμά τι* Bentleius. Flor. *ῥήματι.* — Vs. 6 libri *ὑπὲρ δὲ ταῦτα.* Correxit Scaliger. — Vs. 7 Menagius comparat Sextum adv. Leg. VIII 5 p. 459: *τάχα δὲ καὶ Μόνιμος ὁ κύων τῦφον εἰπὼν πάντα.* Adde Antonin. Phil. II 15: *ὅτι πᾶν ὑπόληψις. δῆλον μὲν γὰρ τὸ πρὸς τοῦ κυνικοῦ Μονίμου λεγόμενον,* ubi v. Gatakerum.

II. III.

Τὰ δ᾽ ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγήματα.

Pollux X 80: *εἴρηνται δὲ οἱ τρίποδες — ὥσπερ καὶ τριπόδια, ὡς ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου Τὰ δ᾽ ἐκ μέσου κτλ.* — Idem X 98: *ὑπόφαυλοι δὲ οἱ ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου τηγανισμοί.*

ΚΑΝΗΦΟΡΟΣ.

I.

Τὸ γὰρ προθύμως μὴ πονήσαντ᾽ εὐτυχεῖν
εὐδαιμονίας εἴωθ᾽ ὑπερηφανίας ποιεῖν.

Stobaeus Flor. XXII 30 31 in titulo *περὶ ὑπεροψίας.* Vs. 1 vulgo *μὴ πονῆσαν εὐτύχησεν,* cod. A *πονήσαντες.* Pro *εὐτύχησεν* cod. N *εὐτυχῇς.* Correxi ut supra adscripsi. Iacobsius Lectt. Stob. p. 67: *τὸ γὰρ προθύμως μὴ ᾽ποθῇς ἂν εὐτυχῇς.* Altero versu, quem Trinc. et Gaisfordus Euripidi, Menandro Schowius tribuit, legebatur *εὐδαιμονί᾽ εἴωθεν.* Hoc etiam correxi.

II.

Ἀλογίστου τρόπου
ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον.

Stobaeus Flor. CVIII 30. Recte Clericus explicat: *fieri non potest ut homo imprudens imprudentiae suae poenas subinde non luat.* Grotius vertit: *infortunia inopina fugere non est in nostra manu.*

III.

Ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
ἀντάλλαγον.

Suidas, *Ἀντάλλαγον: καλοῦσι τὸν ἀντὶ ἑτέρου ἠλλαγμένον· οὐχὶ ἄνταλλον. Μένανδρος Κανηφόρῳ Ἐδεῖτο κτλ.* Eadem Lexicon Seguer. p. 407.

IV.

Ὁ δ' ἀποκρινεῖται, κἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι.

Suidas, *Ἀποκρινεῖται: Μένανδρος Κανηφόρῳ Ὁ δ' ἀποκρινεῖται κτλ.* Eadem Lexicon Seguer. p.429.

V.

Γραῦς τις κακολόγος ἐκ δυοῖν Αἰξωνέοιν.

Harpocratio p. 13: *Αἰξωνεῖς — ἐκωμῳδοῦντο δὲ εἰς βλασφήμους, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον. Μένανδρος ἐν Κανηφόρῳ.* Similia Apostolius I 92. Lexicon Seguer. p. 353 s. v. *Αἰξωνεύεσθαι: βλάσφημοι γὰρ οἱ Αἰξωνεῖς κατηγοροῦνται. φησὶ γὰρ ὁ κωμικός Γραῦς τις κτλ.* Quem ipsum Menandri versum esse vidit etiam Bergkius Comment. p. 82.

ΚΑΡΙΝΗ.

I.

Athenaeus IV p. 175 a: *μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐλῶν — Μένανδρος ἐν Καρίνῃ.* Gingras tibias quo nexu Menander hac fabula commemoraverit, non obscurum esse potest cogitanti, *Καρίνας* Graecis dictas fuisse praeficas e Caria adscitas, quae sub tibiarum aliorumque instrumentorum sonitu lugubres modos cantarent. Vide edit. mai. ubi quae exempla attuli nominis *Καρίνη*, iis adde Polyaen. Strat. VIII p. 297 et Horat. C. II 8 2, si modo ibi recte *Carine* pro *Barine* restitui. Ibidem dixi de Caecilii *Carina* ex Menandrea sine dubio expressa.

II.

Ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ' ἀναίδει', εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
δεῖ δέ· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός.
ἐφ' ὅσον βαδίζεις, ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς

Stobaeus Flor. XXXII 7. De Impudentiae fano apud Athenienses vide Istrum apud Suidam II p. 179. Theophrastum apud Zenobium IV 36. Ciceronem Legg. II 11. Clement. Alex. Protr. p. 7 Sylb. Ad tertium versum respexit Artemid. Onirocr. II 36: *ὀρθῶς γὰρ καὶ τοῦτο τὸ παλαιὸν ἔχει „τὸ κρατοῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ"* et 69: *εἶτα βασιλεῖς καὶ ἄρχονται „τὸ κρατοῦν γὰρ δύναμιν ἔχει θεοῦ".* qui nisi memoriter locum citavit, legisse videri potest: *δεῖ δέ· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ.*

III.

Περὶ τὸν τράχηλον ἁλύσιόν τίς σοι δότω.

Suidas, *Ἁλύσιον: πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. Μένανδρος Καρίνῃ Περὶ τὸν κτλ.* Eadem Lexicon Seguer. p. 380. In his *τίς* Bentleius pro *τί.*

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΣ.

I.

Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον
ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον· ἑψήσω φακῆν.

Athenaeus IX p. 385 e. de voce *ὀψάριον* agens: *Μένανδρος Καρχηδονίῳ Ἐπιθυμήσας* (cod. A *ἐπιθυμίσας*), *τῷ Βορέᾳ ἴδιον ὀψάριον οὐδέν κτλ.* Ita vulgo. Correxit Bentleius. Pro *λιβανίδιον* Dobraeus Adv. II p. 275 mavult *κρεάδιον.* Vs. 2 vulgo *ἑψήσων.* Correxit Dindorfius ex B. Idem coniecerat Toupius Emend. III p. 572 comparans Plautum Poen. prol. 53: *Carchedonius vocatur haec comoedia, Latine Plautus, patruus Pultiphagonides.*

II.

Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο,
ἀλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν.

Eustathius ad Homer. p. 1412: *ὅτι δὲ τῇ μητρὶ ἀνάκειται ἡ περὶ τῶν παίδων ἀκριβὴς εἴδησις δηλοῖ καὶ Μέ-*

νανδρος Αὐτὸν κτλ. Ad Carchedonium rettuli propter Stobaeum LXXVI 11. ubi primus versus e Menandri *Καρχηδονίῳ* citatur, sed male editur: *αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγένετο.* Scholiasta ad Odyss. *ά* 215: *πῶς ποτ' ἐγένετο.*

III.

Ἔργον ἐκ μακροῦ χρόνου
ἄνοιαν ἡμέρᾳ μεταστῆσαι μιᾷ.

Stobaei App. Flor. p. 35 18. Sententiam loci indicavit Schneidewinus Coni. crit. p. 113: *est aliquid dementiam diuturnam die immutare.* Cfr Philadelph. fragm. III.

IV.

Ἄιδοντα λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως.

Photius, *Λιτυέρσης: εἶδος ᾠδῆς. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ Αἴδοντα κτλ.* Eadem ferme vide apud Suidam s. v. *Λιτυέρσης* et Apostol. XII 7. Corrige *Καρχηδονίῳ.*

V.

Τὸ καλῶς ἔχον που κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου.

Stobaeus Flor. IX 17.

VI.

Χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν
Καρχηδόνιον.

Suidas s. v. *Χρεία. καὶ παροιμία Χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν Καρχηδόνιον.* Recte haec ad Menandri fabulam rettulit Toupius. Ac fortasse *Καρχηδονίῳ* scribendum. Nota sunt loca Euripidis Electr. 375: *ἀλλ' ἔχει νόσον πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ σοφόν,* et Teleph. X p. 341 (Matth.): *χρεία διδάσκει κἂν βραδύς τις ᾖ σοφόν.* Plura vide apud Valcken. Epist. ad Roev. p. XII.

VI. VII.

Pollux X 73: *Μένανδρος ἐν Καρχηδονίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι ἀσκοπυτίνη.* — Scholiasta Aristoph. Vesp. 1493: *μέσατος ἀντὶ τοῦ μέσος. Μένανδρος Καρχηδονίοις* (sic).

Plauti Poenulum, quem ex graeca fabula expressum esse constat ex Prologo 53, ad Menandreae fabulae exemplum factum esse credunt plures, negat Dübnerus.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

I — IV.

Stephanus Byz. *Μύλασα, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Μυλασεύς, ὡς Μένανδρος Καταψευδομένῳ.* — Antiatticista p. 97: *Ἐπεπτώκειμεν. Μένανδρος Καταψευδομένῳ.* — Scholiasta Platonis Bekk. p. 365: *ἱππεῖς προκαλεῖσθαι εἰς πεδίον ἐπὶ τῶν τοὺς ἔν τισι βελτίους καὶ ἐπιστημονικωτέρους αὐτῶν εἰς ἔριν προκαλουμένων. Πλάτων καὶ Μένανδρος Καταψευδομένῳ.* — Photius p. 594 20. *Τὸν ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς: ἐν τῇ τῶν πέττων παιδιᾷ. Μένανδρος Καταψευδομένῳ.* Eadem Suidas.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣ.

I.

Παρὰ τοῖς γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις
διακονοῦντας ἀπογεγράφθαι πυθόμενος
πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα,
ἵνα πυνθάνωνται τοὺς κεκλημένους ἐὰν
πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ,
ἐλθών.

Athenaeus VI p. 245 c: *ὅτι δ' ἦν ἔθος τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν εἰ κατὰ νόμον ἐστί, Τιμοκλῆς φησιν οὕτως — Μένανδρος δ' ἐν Κεκρυφάλῳ Παρὰ τοῖς γυναικονόμοις.*

II.

Εἶτ' εὐθὺς οὕτω τὰς τραπέζας αἴρετε,
μύρα, στεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει.

Suidas s. v. *Αἴρειν* — *ἐπὶ τοῦ παρακειμένην ἀφελεῖν τὴν τράπεζαν. Μένανδρος Κεκρυφάλῳ Εἶτ' εὐθὺς κτλ.* Eadem habet Lexicon Seguer. p. 358. ubi postrema ita descripta leguntur *σπονδὰς . . . ποίησον.*

III.

Ἡδὺ τὸ μύρον, παιδάριον; B. ἡδύ· πῶς γὰρ οὔ; νάρδινον.

Athenaeus XV p. 691 a: *ναρδίνου μύρου μέμνηται Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ οὕτως Ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον· ἡδύ, πῶς γὰρ οὔ; νάρδινον.* Correxit Dindorfius.

IV.

Ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲς ὂν συλλαμβάνει.

Stobaeus Ecl. phys. I p. 200 ed. Heer. Cfr ad *Τιτθῆς* fragmenta.

V.

Athenaeus VI p. 241 e: *μνημονεύει δ' αὐτοῦ* (Philoxeni Pternocopidis parasiti) *καὶ Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ, αὐτὸ μόνον Πτερνοκοπίδα καλῶν.*

VI.

Athenaeus VI p. 243 a: *καὶ Μένανδρος αὐτοῦ* (Chaerephontis parasiti) *μνημονεύει ἐν Κεκρυφάλῳ.*

VII.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 381 de proverbio *δεύτερος πλοῦς: ἐμνήσθη ταύτης καὶ Μένανδρος Κεκρυφάλῳ.*

VIII.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 394 de proverbio *ἀπὸ μηχανῆς θεός: Μένανδρος Θεοφορουμένῃ καὶ Κεκρυφάλῳ.*

IX.

Suidas, *Ἀβυρτάκη: ὑπότριμμα βαρβαρικόν. ἔστι δὲ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα.* Eadem habet Lexicon Seguer. p. 323.

ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ.

I.

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω
οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
ὑμᾶς ὁρῶ πονοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.
ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;
τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν, ἐνδόξῳ βίῳ
πάρεστιν, ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει βίῳ.

Plutarchus de Tranquill. p. 466 B: τοὺς μὲν γὰρ ἀφωρισμένως ἕνα βίον ἄλυπον νομίζοντας — ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει λέγων Ὤιμην κτλ. Postrema, quae apud Plutarchum desunt inde a verbis ἀλλὰ τῶν πτωχῶν — ἡμῖν ἐμφερῆ, supplevi e Stobaeo Serm. XCVII 13, ubi idem locus, sed tribus ultimis versibus omissis, servatus est. Versum octavum habet Stobaeus Serm. XCVIII 54 unde fabulae indicium petitum est. Vs. 7 libri ποιοῦντας. Correxit Geelius. — Vs. 8 per interrogationem extuli ductu Diogenis Laert. VII 68: ἔστι δὲ καὶ ἐπαπορητικόν τι — ὃ εἰ λέγοι τις ἀποροίη ἂν Ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;

II.

Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει,
πενία· τί γὰρ τοῦτ' ἐστίν; ἧς γένοιτ' ἂν εἷς
φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥᾳδίως.

Stobaeus Flor. XCV 2. Respexit Plutarchus divit. am. p. 524 e: τήν γε χρηματικὴν (πενίαν), ὥς φησιν ὁ Μένανδρος, εἷς ἂν φίλος ἀπαλλάξειεν εὐεργετήσας. Sine causa

Bothius apud Orellium Cur. sec. de P. Syri sent. p. 19 ita transposuit: ἧς ἂν ῥαδίως | γένοιτ᾽ ἰατρὸς εἷς βοηθήσας φίλος.

III.

Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξούμεθα,
τίσιν ἂν βοηθήσαιμεν ἄλλοις ῥαδίως;

Stobaeus Flor. IX 18 cum lemmate Μενάνδρου Κιθαρισταῖς. Vs. 1 cod. A ἐπὶ suprascripto εἰ. Num igitur ἐπεὶ| εἰ τοὺς etc. — Vs. 2 βοηθήσαιμεν Schowii codices. Vulgo βοηθήσοιμεν.

IV.

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γάρ, ὦ Λάχης,
ἀστεῖον ἐπιτήδευμα κρίνω τῷ βίῳ.

Stobaeus Flor. IX 19 cum lemmate ἐν ταὐτῷ. Vs. 1 μηθὲν A.

V. VI.

Οὐκ οἰκοσίτους τοὺς ἀκροατὰς λαμβάνεις.
Φιλόμουσον εἶν᾽ αὐτὸν πάνυ,
ἀκούσματ᾽ εἰς τρυφήν τε παιδεύεσθ᾽ ἀεί.

Athenaeus VI p. 247 f. de voce οἰκόσιτος agens: Μένανδρος ἐν Κιθαριστῇ Οὐκ οἰκοσίτους κτλ. Quae ipsi illi κιθαριστῇ dicta fuisse suspiceris. Eodem traxerim alterum locum apud Athenaeum XII p. 501 a: Μένανδρος δ᾽ ἐν Κιθαριστῇ περί τινος μουσικευομένου λέγων φησί Φιλόμουσον κτλ. Cod. A εἶναι et vs. 2 αἰεί. Menander forsan scripserat Φιλόμουσός ἐστι γὰρ πάνυ, ἀκούσματ᾽ εἰς τρυφὴν τ᾽ ἀεὶ παιδεύεται. Ceterum ultimam in εἶναι non minus recte quam in aliis infinitivis elidi, Matthiaeum, qui barbaram eam elisionem vocat (Eurip. vol. IX p. 317), docere poterat Aristophanes Ran. 692. Nub. 1357. Av. 1340. fortasse etiam Phrynichus fab. inc. VI.

VII.

Οὕτω τι πρᾶγμ᾽ ἐστ᾽ ἐπίπονον τὸ προσδοκᾶν.

Stobaeus Flor. CX 9.

VIII.

Ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη.

Stobaeus Ecl. phys. I p. 212.

IX.

Photius, Σκοῖδος: ταμίας τις καὶ διοικητής. Μακεδονικὸν τὸ ὄνομα. διόπερ καὶ Μένανδρος ἐν Κιθαριστῇ σκοῖδον τὸν Διόνυσον καλεῖ. Arcadius p. 47 28: τὸ κοῖδος (leg. σκοῖδος) παρὰ Μακεδόσιν ὁ οἰκονόμος. Menander Bacchum σκοῖδον dixisse videtur eodem modo quo Iacchum ταμίαν dixit Sophocles Antig. 1139.

Κ Ν Ι Δ Ί Α.

I.

Οὐδὲν γένους γένος γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστός ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος.

Stobaeus Flor. LXXXVI 10 cum lemmate Μενάνδρου Κνηδία (sic). Vs. 1 libri οὐθέν. — Vs. 2 Voss. ἐξετάσης.

II.

Ταὐτόματόν ἐστιν ὡς ἔοικέ που θεός,
σώζει τε πολλὰ τῶν ἀοράτων πραγμάτων.

Stobaeus Ecl. phys. I p. 196. Respexit fortasse Palladas Alex. epigr. CVIII: εὖ γε λέγων τὸν καιρὸν ἔφης θεὸν εὖ γε Μένανδρε, et paullo post: πολλάκι γὰρ τοῦ σφόδρα μεριμνηθέντος ἄμεινον προσπεσὸν εὐκαίρως εὗρέ τι ταὐτόματον.

Κ Ο Λ Α Ξ.

Hac in fabula Menandrum consummati adulatoris eiusdemque parasiti mores indolemque adumbrasse diserte testatur

Athen. VI p. 258 e: *κεχαρακτήρικε δὲ ὡς ἔνι μάλιστα ἐπιμελῶς τὸν Κόλακα Μένανδρος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι.* Actionem fabulae poetam in festum Veneris *πανδήμου* transtulisse idem docet XIV p. 659 d. Partem dramatis in Eunuchum suam transtulit Terentius, quemadmodum ipse testatur Prol. 30 sq.:

Colax Menandri est; in ea est parasitus colax
et miles gloriosus; eas se non negat
personas transtulisse in Eunuchum suam.

Cfr Donatum ad II 1 22 et Grauertum Anal. hist. et phil. p. 160 sq. Isti parasito, quem Terentius *Gnathonem* appellavit, Menandrum *Struthiae* nomen indidisse ex primo fragmento intellegitur.

I.

Κοτύλας χωροῦν δέκα
ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσοῦν, Στρουθία,
τρὶς ἐξέπιον μεστόν γ'. ΣΤ. Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας. Β. οὐκ ἔλαττον, οὔ,
μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. ΣΤ. μέγα γε.

Athenaeus X p. 434 e: *ἔπινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. — Μένανδρος δ' ἐν Κόλακί φησι Κοτύλας χωροῦν δέκα κτλ.* Priora usque ad *Στρουθία* repetiit Athenaeus XI p. 477 f. ubi libri praebent *Στρουθίον*, quod fortasse in *Στρουθίων* mutandum, qua forma bis usus est Alciphro Epist. I 9 et III 43. Alia huius nominis forma fuit *Στρούθης*, de qua v. Harpocr. p. 170. Sed *Στρουθίας* in Menandri loco tuetur Aelianus H. A. IX 7 de parasitis agens: *καὶ ὁ τοῦ Μενάνδρου Στρουθίας τοιοῦτός ἐστι.* Idem Menandri Struthias primariis veteris aevi parasitis adnumeratur ab auctore anonymo apud Suidam I p. 607: *διώνυμοι κόλακες περιηχοῦσιν ἡμᾶς Κλείσοφοί τε καὶ Στρουθίαι καὶ Θήρωνες.* Idem II p. 327: *οἱ Ἕλληνες Κλεισόφους τε ᾄδουσι καὶ Θήρωνας καὶ Στρουθίας καὶ Χαιρεφῶντας, ἀνθρώπους ἐσθίειν εἰδότας εἰς κόρον καὶ δεινοὺς γαστέρα.* Cum Gna-

thonide coniungitur a Luciano Fugit. vol. III p. 375: *κολακείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι.* Colloquuntur in loco supra adscripto parasitus et miles gloriosus, cui Terentius *Thrasonis* nomen imposuit. A Menandro eum *Biantem* appellatum fuisse docet Plutarchus de Adulat. et Amic. p. 57 a. maxime cavendum esse dicens *τὸν κόλακα περὶ τοὺς ἐπαίνους· ὅπερ οὐδὲ αὐτὸν ἐκεῖνον λέληθεν, ἀλλὰ δεινὸς ὢν φυλάττεσθαι τὸ ὕποπτον, ἂν μὲν εὐπαρύφου τινος ἢ ἀγροίκου λάβηται φορίνην παχεῖαν φέροντος, ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, καθάπερ ὁ Στρουθίας ἐμπεριπατῶν* (fort. *συμπεριπατῶν*) *τῷ Βίαντι, καὶ κατορχούμενος τῆς ἀναισθησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις „Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πλέον πέπωκας."*

II.

Γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος.

Plutarchus l. l. *καὶ κατορχούμενος τῆς ἀναισθησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις „Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πλέον πέπωκας" καί Γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος.* Ita enim corruptum verbum *ἐνηθούμενος*, ut vulgo legitur, vere correxit Wyttenbachius, apte comparans Terentii Eun. III 2 44, ubi Gnatho Thrasoni risus causam quaerenti respondet: *istud quod dixti modo, et illud de Rhodio dictum in mentem venit*, ut Menandri Cyprio Terentius Rhodium substituerit. Quae si vera est coniectura, sensus verborum hic est: *ad dicterium illud, quod miles in Cyprium se coniecisse dixerat, prae risu emoriturus.*

III.

Σπονδή· δίδου σὺ σπλάγχν᾽ ἀκολουθῶν· ποῖ βλέπεις;
σπονδή· φέρ᾽ ὦ παῖ Σωσία· σπονδή· καλῶς.
ἔγχει. θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις· λάμβανε
τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ· διδόναι σωτηρίαν,
ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν
ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι· ταῦτ᾽ εὐχώμεθα.

Athenaeus XIV p. 659 d: *Μένανδρος ἐν Κόλακι τὸν τοῖς τετραδισταῖς διακονούμενον μάγειρον ἐν τῇ τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῇ ποιεῖ ταυτὶ λέγοντα Σπονδή κτλ.* Vs. 2 cod. A *φέρεω πλείω ὤσια.* Correxit Piersonus ad Moer. p. 298 praeeunte Heringa Observ. p. 247, qui *φέρε πλείω Σωσία.* — Vs. 3 *ἔγχει* Piersonus pro *εὔχου.* — Vs. 4 *Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις.* Simili verborum structura Alciphro Epist. II 2 30: *θεραπαίνας θεράποντας Ἰνδοὺς Ἰνδάς*, ubi malim *Ἰνδὰς Ἰνδούς.* Ceterum illa e solenni sacrificantium formula dicta sunt, qua usus est Aristoph. Av. 866: *εὔχεσθε ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαισι πᾶσι καὶ πάσαισι — διδόναι Νεφελοκοκκυγιεῦσιν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν.* Cfr Pac. 1104 sqq. — Vs. 5 *ἐν τούτῳ* h. l. esse videtur *interea.*

IV.

Χρυσίδα, Κορώνην, Ἀντίκυραν, Ἰσχάδα,
καὶ Ναννάριον ἔσχηκας ὡραίαν πάνυ.

Athenaeus XIII p. 587 d: *Μένανδρος δ' ἐν Κόλακι τάσδε καταλέγει ἑταίρας Χρυσίδα κτλ.* Nominis *Ἀντίκυρα* penultimam produci permirum est. Fortasse id nomen *Ἀντίκιρραν* scribendum, cui coniecturae non obstat quod Anticyram meretricem alii memorant. Vs. 2 *Ναννάριον* AB. Ceteri *Νάννιον.*

V.

Κωβιός, ἠλακατῆνες,
[*καὶ*] *κυνὸς οὐραῖον.*

Athenaeus VII p. 301 d: *ἠλακατῆνες — εἰσὶ κητώδεις, ἐπιτήδειοι εἰς ταριχείαν. Μένανδρος Κόλωσί* (recte corrigunt *Κόλακί*) *φησι Κωβιός κτλ.* Haec vulgo uno versu continuata leguntur. Sunt anapaestorum reliquiae. Iisdem plane verbis eodem metro adstrictis usus est Mnesimachus Athen. p. 403 b. ubi *καὶ* recte omittitur. Itaque seclusi.

VI.

Οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν·

ὁ μὲν γὰρ αὑτῷ συλλέγει καὶ φείδεται,
ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ' ἐνεδρεύσας πάντ' ἔχει.

Stobaeus Flor. X 21 cum lemmate *Μενάνδρου ἐν Κολακείᾳ*. Idem error, ut videtur, apud Hesychium, *Ἀψοφητί: ἠρέμα, ἡσύχως, κολακείᾳ*. Ubi Menandri nomen excidisse et *Κόλακι* scribendum esse conieci Praef. ad Menandr. p. VI. Ceterum secundum et tertium versum incerto poetae tribuit Grotius.

VII.

Ἀλλ' οὐδὲ γενητὴν δύναμαι εὑρεῖν οὐδένα
ἐκ τῶν τοσούτων, καὶ ἀπείλημμαι μόνος.

Glossae ad Hippocratis Iusiur. *Γενέτησιν: γονεῦσιν ἢ συγγενέσιν. οὕτως ἀττικῶς λέγονται, ὡς καὶ Φιλήμων ἐν Κόλακί φησιν.* De Philemonis Colace nihil aliunde constat. Iam compara Terentii Eunuch. II 2 7: *En quo redactus sum! omnes noti me atque amici deserunt*, nec dubitabis quin glossae auctor memoriae errore Philemonem pro Menandro nominaverit. Vs. 1 possis *γεννητὴν* et *δύναμ' εὑρεῖν*. — Vs. 2 *ἐκ* addidit Hemsterh. ad Plut. p. 326. Nec male Luzacius apud Ruhnk. ad Tim. p. 66 *ὄντων* pro *τῶν*. Ibid. forsan *ἀλλ' ἀπείλημμαι* vel *κἆτ' ἀπείλημμαι*. Dobraeus Adv. II p. 583 *καὶ περιείλημμαι*.

ΚΩΝΕΙΑΖΟΜΕΝΑΙ.

I.

Ὥστε μηδεὶς πρὸς θεῶν
πράττων κακῶς λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ·
ἴσως γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόφασις γίγνεται.

Stobaeus Flor. CVIII 48: *Μενάνδρου Κονιαζομέναις.* Hoc *Κωνειαζομέναις*, *Cicutam bibentibus*, scribendum esse conieci in editione maiore.

II. III.

Τὸ γνῶθι σαυτὸν ἔστιν ἂν τὰ πράγματα
ἴδῃς τὰ σαυτοῦ καὶ τί σοι ποιητέον.

Stobaeus Flor. XXI 2, ubi Gesneri margo: *Menander in Catazom.* in quo *Καταψευδομένου* nomen latere suspicatus est Clericus. Schowii codd. perspicue *Μενάνδρου ἐκ Κοτταβιζουσῶν.* At cum cod. A apud Gaisfordium *Κωταζομοις* exhibeat, apertum est scribendum esse *Κωνειαζομέναις*, quode admonui iam olim Quaest. scen. III p. 9 allato schol. MS ad Clement. Alex. Protr. p. 22 (p. 103 Klotz) *Ἐπιμενίδης ἐκάθηρε τὰς Ἀθήνας· ἦν δὲ Κρὴς τῷ γένει καὶ σοφώτατος, οὗ καὶ Μένανδρος μέμνηται Κωνεαζομέναις.* Ac confirmat nunc coniecturam illam Orio Gnomol. I, 18, ubi idem locus servatus est cum lemmate *ἐκ τῶν Κωνεαζομένων.*

ΚΥΒΕΡΝΗΤΑΙ.

I.

Τἀργύριον εἶναι μειράκιόν σοι φαίνεται
οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν μόνον
τιμὴν παρασχεῖν δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων,
ὄξους, ἐλαίου, μείζονος δ' ἄλλου τινός·
ἀθανασίας δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς
τὰ Ταντάλου τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμενα·
ἀλλ' ἀποθανεῖ καὶ ταῦτα καταλείψεις τισίν.
τί οὖν λέγω; μηδ' αὐτὸς εἰ σφόδρ' εὐπορεῖς
πίστευε τούτῳ, μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
ἡμῶν καταφρόνει, τοῦ δέ γ' εὐτυχεῖν ἀεί
πάρεχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

Stobaeus Flor. XXII 19, ubi deest fabulae titulus, qui additur CXVIII 10, ubi vss. 5—7 repetuntur, cum lemmate

Μενάνδρου Κυβερνήτου. Vs. 4 pro *δ'* quod alii omittunt B. m. s. *τ'*. — Vs. 5 *ἀθανασία* altero Stobaei loco, ubi tamen Voss. *ἀθανασίας*, ut primo loco omnes. — Vs. 6 *τάλαντ' ἐκεῖνα* Salmasius, et altero loco cod. L. Vulgo *τάλαντα ἱκανά.* — Vs. 7 vulgo *ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς ταῦτα,* quod parum aptum videbitur rem accuratius contemplanti. Recte altero loco *ἀλλ' ἀποθανῇ καὶ ταῦτα.* Praeterea malim *πάντα* pro *ταῦτα.* — Vs. 8 cod. Schowii *ἂν σφόδρ' εὐπορῇς.* Ibid. fortasse *μήτ' αὐτός.* — Vs. 10 Trinc. et Schowius e septem codd. *τοῦ δ' εὐτυχεῖν.* Voss. et Ars. *τοῦδ' εὐτυχεῖν δ'.* — Vs. 11 unus Schowii *παράσχε σαυτόν.* Ita etiam B. m. sec. *πάρεσχε σαυτὸν* N et B m. pr. Possis *παράσχες αὐτόν,* quamquam nec *πάρασχε σαυτὸν* spernendum. V. Porsonum ad Eurip. Hec. 830.

II.

Οἷοι λαλοῦμεν ὄντες οἱ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·
αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπων φύσιν.
οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τρισάθλιος·
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί,
ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

Orion Gnomol. VIII 9 cum lemmate *ἐκ τῶν Κυβερνητῶν.* Priores tres versus, sed minus integros, ex Menandri *Κυβερνήταις* servavit etiam Stobaeus Flor. XXII 11, ubi omissis verbis *οἷοι λαλοῦμεν ὄντες,* pro *οἱ τρισάθλιοι* editur *ὦ τρισάθλιοι.* Ex Stobaeo petiit Antonius Mel. XXXVI p. 52. Duo postremi versus accesserunt ex Plutarcho de animi tranqu. p. 471: *ὁ γοῦν Πιττακὸς εἱστία ξένους· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· τῶν δὲ ξένων διατραπέντων, ἑκάστῳ τι, ἔφη, ἡμῶν κακόν ἐστιν, ᾧ δὲ τοὐμὸν ἄριστα πράττει. Οὗτος μακάριος — ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.* Idem de Virt. et Vit. p. 100 c. eosdem ver-

sus, omisso ultimo, apposuit. Denique laudatus a Wyttenbachio Themistius p. 357 d: προσήκει αὐτῷ τόδ᾽ ἔπος ἐκ τῆς κωμῳδίας Οὗτος μακάριος — ὅταν δ᾽ ἀνοίξῃ οὐχὶ τὴν θύραν, ἀλλὰ τὴν ψυχήν, τρισάθλιος. Versu primo nisi quid gravius corruptum est (durissime enim verba οἷοι ὄντες dirimuntur), pro λαλοῦμεν scribendum videtur λαλοῦσιν. Vs. 3 Orion οὗτοι pro αὐτοί et vs. 4 ἀγοραῖς.

III.

Τί λέγων ἀποτρώγειν ἀξιώσει νῦν ἐμοῦ
τὸ μισθάριον; μένω γὰρ ἐξ ἐχθιζινοῦ.

Lexicon Seguer. p. 438: Ἀποτρώγειν, ἀφαιρεῖν. οὕτω Μένανδρος Κυβερνήταις Τί λέγων κτλ.

IV. V.

Lexicon Seguer. p. 462: Ἀτυφία, ταπεινοφροσύνη. Μένανδρος Κυβερνήταις· εἰς τὴν πονηρίαν ἀτυφίαν νομίσαντές ποτε ἀξιοῦσι πέρας. Quae fortasse alii emendabunt. — Priscianus XVIII p. 1163: Attici ἐπιλέλησμαι τοῦδε καὶ τόδε. Menander Κυβερνήταις Ἐπελάθεθ᾽ αὐτὸν ὅστις εἴη.

ΛΕΥΚΑΔΙΑ.

I.

Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ
τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων᾽
οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς· ἀλλὰ κατ᾽ εὐχὴν
σήν, δέσποτ᾽ ἄναξ, εὐφημείσθω
τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.

Strabo X p. 452: Ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον. οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφώ, ὥς πού φησιν ὁ Με-

νανδρος, τὸν ὑπέρκομπον — δέσποτ' ἄναξ. Postrema *εὐφημείσθω κτλ.* cum his coniunxit Bentleius ex Hesychio, *Λευκάδος: Μένανδρος Λευκάσεσιν* (sic) *εὐφημείσθω τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.* Idem hoc carmen respicit scholiasta Hephaest. de poemat. IX p. 126 ed. Gaisf. *τὴν εἰσβολὴν τῆς Λευκαδίας Μενάνδρου κατὰ περιορισμοὺς ἀνίσους* compositam esse dicens. Ex quo intellegitur, carmen illud anapaesticum proximo post prologum loco a poeta positum fuisse. Cfr Hist. crit. p. 443. Vs. 5 *κατ' εὐχὴν σήν, ex tuo voto, quemadmodum tibi vovimus.* Vide edit. mai. Bentleius *σόν.* Ceterum quod his versibus memoratur Leucatae Apollinis templum, id Menandrum hac ipsa in fabula a Phaone exstructum rettulisse, colligas e Servio ad Virg. Aen. III 279: *Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicunt: qui cum esset navicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transvehere, Venerem mutatam in anus formam gratis transvexit; quapropter ab ea donatus unguenti alabastro, cum se in dies inde tum ungeret, foeminas in sui amorem trahebat, in queis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri eius nequiret, abiecisse se dicitur.* Similia narrant alii, quorum loca indicavi in edit. mai. et Hist. crit. p. 186. Num vero omnia ista quae de Phaone tradit Servius, ex Menandri fabula adumbrata sint, dubitare licet. Turpilii Leucadiam ad Menandri exemplar compositam fuisse vel Servii locus docet. Praeterea huc pertinent quae ex ea attulit Nonius p. 175: *Miseram me terrent omnia Mari' scopuli, sonitus, solitudo, sanctitudo Apollinis.* Item haec apud Ciceronem Tusc. IV 34: *Te Apollo sancte, fer opem, teque omnipotens Neptune invoco, vosque adeo venti. Nam quid ego te appellem, Venus?*

II.

Ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ

τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βούλεται.

Stobaeus Flor. X 20 et Maximus Conf. CXL p. 221, ubi editur *κἂν μή φησι.* Mox *βούλεται* e codice Grotius.

Vulgo *βουλεύεται*, ut Maximus. Ceterum confer Diogen. III 12. *Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα: ἐπὶ τῶν φιλαργύρων· φιλοκερδεῖς γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι.*

III.

Ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν θεῶν.

Stobaeus Flor. XCV 4.

IV.

Ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος· οὑτωσὶ καλῶς.

Etymol. M. p. 407 22. *Ζάκορος: νεωκόρος, ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸ ἱερόν. Μένανδρος. — Ζάκορος: ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν. Μένανδρος Λευκαδίᾳ Ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς. καὶ ὁ ὑπηρέτης ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ σαρῶν.* Ita haec legenda sunt. V. edit. mai. Idem Menandri locus apud Photium et Suidam s. v. *ζάκορος*. Dictione *πῦρ ἐπιθεῖναι*, *ignem in ara incendere*, iterum usus est Menander in Samia.

V.

Scholiasta Aristoph. Acharn. 283: *τῷ δὲ συντρίβειν καὶ Μένανδρος κέχρηται ἐν Λευκαδίᾳ.*

VI.

Zenobius VI 13: *Μένανδρος δέ φησιν ἐν Λευκαδίῳ (Λευκαδίᾳ) τὴν ἀγαθὴν ἡμέραν λευκὴν καλεῖσθαι.* Fortasse *φασὶν* et *καλεῖ*. Cfr Prov. Bodl. 895, ubi scribitur *Λευκάδι*.

VII.

Choeroboscus apud Bekk. Anecd. p. 1431: *Χέλυς χέλυος. σημαίνει δὲ τὴν κιθάραν· πάφωνε οὐρεία χέλυς. Μένανδρος ἐν Λευκαδίᾳ.* Allata verba corrupta videntur ex Euripidis Alc. 459: *καθ' ἑπτάτονόν τ' οὐρείαν χέλυν.* Menandri non esse vel illud *οὐρεία* docet, qua forma comicus poeta uti vix potuit.

Λ Ο Κ Ρ Ο Ι.

Zenobius VI 27: Ὑγιέστερος κρότωνος: ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων ἡ παροιμία, ἀπὸ τοῦ ζῴου τοῦ κρότωνος. λεῖον γάρ ἐστιν ὅλον, καὶ χωρὶς ἀμυχῆς, καὶ μηδὲν ἔχων σίνος. μέμνηται τούτου (ταύτης?) Μένανδρος ἐν Λοκροῖς. **Alii proverbii originem ad Crotoniatarum salubritatem referunt. Itaque incertum est utrum** *Κρότωνος* **an** *κροτῶνος* **scribendum sit. Ita enim haec distinguit Stephanus Byz. v.** *Βίστων,* **Herodianum opinor sequutus. Praeterea Locros Menandri memorat Quintilianus X 1.**

Μ Ε Θ Η.

I.

Εἶτ᾽ οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν;
ὅπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα,
αὐλητρίδας δὲ καὶ μύρον καὶ ψαλτρίας
Μενδαῖον, Θάσιον, ἐγχέλεις, τυρόν, μέλι,
μικροῦ τάλαντον γίγνεται τὸ κατὰ λόγον.
δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
ἡμᾶς, ἐὰν καὶ καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς,
τούτων δὲ πρὸς ταῦτ᾽ ἀνελεῖν τὴν ζημίαν,
πῶς οὐχὶ τὸ κακὸν τῶν ἱερῶν διπλάζεται;
ἐγὼ μὲν οὖν ὤν γ᾽ ὁ θεὸς οὐκ εἴασα τὴν
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε,
εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν,
ἵνα Καλλιμέδων ἀπέθανεν εἷς τῶν συγγενῶν.

Athenaeus VIII p. 364 d: θύοντες τοῖς θεοῖς ὀλίγιστα εἰς τὰς θυσίας καὶ τὰ τυχόντα δαπανῶμεν, ὥσπερ ὁ καλὸς Μένανδρος ἐν τῇ Μέθῃ παρίστησιν Εἶτ᾽ οὐχ ὅμοια κτλ. **Priores sex versus apposuit Athenaeus etiam IV p. 146 d.**

Versu primo lib. VIII ἅπαντα. Sensus, opinor, hic est: *Non mirum est male nobiscum agi, cum male diis litemus.* Dobraeus Adv. II p. 275: *non sacra facimus pro ceteri apparatus splendore.* Vs. 3 AP ἀγαπητῶν. — Vs. 5 pro Μενδαῖον altero loco ταύτας. Hermannus Opusc. IV p. 387 συνάγοντι. — Vs. 6 τάλαντον PVL. ταλάντου A et altero loco omnes. Ibid. libri τε, quod ex altero loco (lib. IV) correctum, ubi omnes τό. — Vs. 7 „ἀγαθὸν Casaubonus et correctus D. ἀγαθῶν PVL." *Dindorfius.* Ibid. Hermannus post ἄξιον addidit ὄν, et vs. 9 καὶ ante πρὸς ταῦτα, sententiam horum versuum hanc esse dicens: *Bonum quum decem drachmarum accipere nos aequum sit, si sic rite diis sacra fiunt, pro illis autem ad haec etiam multari, quomodo non duplicatur pro sacris malum?* Idem haec annotavit: „'Ανελεῖν dixit tanquam de praemio: τούτων de utroque di- „ctum videtur, quod et in sacris sordide parci, et suas in „voluptates effuse prodigi sunt. Hinc, ubi τὸ κακὸν τἀγα- „θοῦ διπλάζεται expectari poterat, τῶν ἱερῶν dixit." Pro ἀνελεῖν vs. 9 recte, puto, Dobraeus Adv. II p. 321 ἀντανελεῖν. Ib. καὶ ex cod. A accessit. — Vs. 11 γ' ὁ pro γε Reisigius Coni. p. 134 probante Hermanno. — Vs. 13 ἅμα τὴν ABP. καὶ interiiciunt VL. Dobraeus ἅμα τιν' ἔγχελυν. — Vs. 14 „Callimedon anguillae cognatus dicitur, ὅτι φίλιχθυς ἦν. Sic φράτορες τριωβόλου, etc." *Dobraeus.*

II.

'Εμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν, ἱερὸν γάμον
φάσκων ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα
καθ' αὑτόν, ἵνα τῇ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις·
τὸ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς.

Athenaeus VI p. 243: καὶ Μένανδρος αὐτοῦ (Chaerephontis) μνημονεύει ἐν Κεκρυφάλῳ· — ἐν δὲ Μέθῃ Ἐμὲ γάρ κτλ. Locus obscurus necdum a quoquam explicatus. Cfr. edit. mai.

III.

Εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον,
οὐκ ἄλλ' ὁ τιοῦν ἕτερον.

Suidas, *Ἄλλο ἕτερον: ἐκ παραλλήλου. Μένανδρος Μέθῃ Εἶτ' οὐκ εἶχεν κτλ.* Ita vulgatum *οὐκ ἄλλο τι οὔθ' ἕτερον* correxit Porsonus Miscell. p. 200. Apud Grammat. Seguer. p. 379 editur *οὐκ ἄλλο τι ἕτερον.* Videntur haec de eodem illo, quem in superiore fragmento ridet, Chaerephonte intellegenda esse. De *ἄλλος ἕτερος* vide edit. mai. — In hac etiam fabula parasiti partes fuisse intellegitur ex Athenaeo VI p. 247 e.

Μ Ε Σ Σ Η Ν Ι Α.

Vide supra in *Ἀνατιθεμένη ἢ Μεσσηνία.*

Μ Η Ν Α Γ Υ Ρ Τ Η Σ.

I.

Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα, καὶ πλοῦτον φέρειν·
ἀσχημοσύνης γὰρ γίγνετ' ἐνίοις αἴτιος.

Stobaeus Flor. XCIV 7. Vide supra ad Demiurg. II.

II.

Προπίνων θηρίκλειον τρικότυλον.

Athenaeus XI p. 472 b: *θηλυκῶς δὲ τὴν θηρίκλειον εἶπε Μένανδρος — Μηναγύρτῃ Προπίνων θηρίκλειον τρικότυλον.* Fortasse initio versus excidit *κοίλην* vel *μεγάλην.*

Μ Ι Σ Ο Γ Υ Ν Η Σ.

In hoc dramate, quam omnium poetae nostri fabularum praestantissimam vocat Phrynichus Epit. p. 417, Menander hominem in scenam produxerat, quem uxore in matrimonium

ducta mox adeo facti poenituit, ut quicquid ea ageret, vehementissime eius animum irritaret; quo factum est, ut omni contumeliarum genere eam vexaret, tantoque in eam odio exardesceret, ut ne gravissimis quidem amicorum admonitionibus ad saniorem rationem revocari posset.

I.

Πρὸς τὸ πρᾶγμ' ἔχω
κακῶς. Β. ἐπαριστερῶς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις·
τὰ δυσχερῆ γὰρ καὶ τὰ λυπήσοντά σε
ὁρᾷς ἐν αὐτῷ, τὰ δ' ἀγάθ' οὐκέτι βλέπεις.
εὕροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, Σιμύλε,
ἀγαθόν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν.
γυνὴ πολυτελής ἐστ' ὀχληρόν, οὐδ' ἐᾷ
ζῆν τὸν λαβόνθ' ὡς βούλετ' · ἀλλ' ἔνεστί τι
ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς, παῖδες· ἐλθόντ' εἰς νόσον
τὸν ἔχοντα ταύτην ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς,
ἀτυχοῦντι συμπαρέμεινεν, ἀποθανόντα τε
ἔθαψε, περιέστειλεν οἰκείως· ὅρα
εἰς ταῦθ', ὅταν λυπῇ τι τῶν καθ' ἡμέραν.
οὕτω γὰρ οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ'· ἂν δ' ἐκλέγῃ
ἀεὶ τὸ λυποῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθείς
τῶν προσδοκωμένων, ὀδυνήσει διὰ τέλους.

Primos 4 versus servavit Clemens Alex. Strom. II p. 181 Sylb. vss. 3 — 6 cum clausula loci, inde a verbis *ἂν δ' ἐκλέγῃ*, leguntur apud Stobaeum Flor. CVIII 41 et 44, denique vs. 7 cum reliquis usque ad finem servavit idem Stobaeus Flor. LXIX 4. — Vs. 3 *λυπήσοντα* Stob. codd. Paris. pro *λυπήσοντα*. Ib. *γὰρ* Stob. *τε* Clemens. — Vs. 4 Clemens *τὰ δ' ἀγάθ' οὐκ ἐπιβλέπεις*. Stobaeus *τἀγαθὰ δ' οὐκ ἔτι βλέπεις*. Ex utroque assumsi quod mihi commodum videbatur. Ex quinto versu nomen istius mulierum osoris disceremus, nisi receptam lectionem alius Stobaei locus incertam

faceret. Nam Serm. CV 10, ubi 5 et 6 versus iterum leguntur, non *Σιμύλε* sed *Δημέα* scriptum. Fortasse ex utriusque lectionis coniunctione *Δημίλου* nomen elicias. — Vs. 6 *ὅπου* CVIII, at CV *ἐν ᾧ*. — Vs. 8 *ἔνεστί τι* B. Ars. Voss. ut coniecit Gesnerus. Vulgo *ἔνεστι τοι*. A *ἔν ἐστι*. — Vs. 11 Grotius tacite *ἀποθανόντα σε*. — Vs. 12 libri *ὁρᾷ*, praeter B. qui *ὅρα*, ut coniecit Gesnerus. — Vs. 14 *ἂν δ᾽ ἐκλέγῃ* Stob. CVIII, nisi quod *δ᾽* deest; altero loco *ἂν δὲ λέγῃς*. — Vs. 16 exhibui lectionem Serm. CVIII. Serm. LXIX editur *τῶν προσλεγομένων οὐ δυνήσῃ διὰ τέλους*, ubi B *προσλελεγμένων*, Voss. *προσγενομένων*.

II. III.

Ex superiore fragmento colligi posse videtur uxorem Simyli sumptuosam fuisse: *γυνὴ πολυτελής ἐστ᾽ ὀχληρόν*, inquit infelix maritus. Non dubitari potest, hanc ipsam ob causam Simylum gravissimas fudisse querelas, et inter alia de sumptibus in unguenta et reliqua luxuriae instrumenta questum esse. Athenaeus XV p. 691 c: *ὡς μὲν Ἵππαρχός φησιν ἐν Παννυχίδι, πέντε μνῶν (ἐπιπράσκετο ἡ τοῦ μύρου κοτύλη), ὡς δὲ Μένανδρος ἐν Μισογύνῃ, δέκα.* Quod sane enorme pretium esset, nisi Simylus, ut sunt fere queruli et litigiosi homines ad exaggerandum promptissimi, ablatus iracundiae aestu unguenti pretium duplo auxisse videretur. Eodem haec apud Pollucem rettulerim VII 87: *Μένανδρος ἐν Μισογύνῃ καὶ ἐπιχρύσους σανδαλοθήκας λέγει.* Ib. X 50: *Μένανδρος δὲ ἐν Μισογύνῃ καὶ σανδαλοθήκας*, et 112: *καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μισογύνῃ σανδαλοθήκας.* Sed prae ceteris sequentia fragmenta magni momenti sunt, ex quibus etiam illud discimus, infelicis mariti uxorem, ut sunt fere mulieres *μαντείας ἐρωτικαὶ* schol. Iliad. p. 638, 28. superstitionibus impense fuisse deditam.

IV. V.

Ἐπιτρίβουσιν ἡμᾶς οἱ θεοὶ
μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ γάρ τινα
ἄγειν ἑορτήν ἐστ᾽ ἀνάγκη.

Ἐθύομεν δὲ πεντάκις τῆς ἡμέρας,
ἐκυμβάλιζον δ' ἑπτὰ θεράπαιναι κύκλῳ·
αἱ δ' ὠλόλυζον.

Strabo VII p. 297 omnia superstitionum genera mulieres invenisse dicens: *ὅρα πάλιν τὸν αὐτὸν ποιητὴν* (Menandrum) *ἃ λέγει εἰσάγων τὸν ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν δαπάναις* *) *Ἐπιτρίβουσιν — ἀνάγκη. Τὸν δὲ Μισογύνην αὐτὰ ταῦτα αἰτιώμενον Ἐθύομεν κτλ.* Prior locus an itidem e Misogyne ductus sit, dubitari potest. Vs. 6 Coraes *κἀνωλόλυζον*, quo non opus est. V. ad Amphidis fragm. p. 314. Quod supra dicebam, Simylum tantum in uxorem concepisse odium, ut quoquo modo eam vexaret et opprobriis cumularet, id verum esse ex eo intellegitur, quod illa se iniuriarum dicam ei intenturam minatur.

VI.

Ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον,
ἦ μὴν ἀποίσειν σοι γραφὴν κακώσεως.

Priscianus XVIII p. 1192 de constructione verbi *ὄμνυμι* disserens: *Idem in Misogyne*: *Ὄμνυμί σοι κτλ.* Vs. 2 vulgo *ποιήσειν*. Cod. Monac. apud Spengelium ad Varron. L. L. p. 616 et MS D apud editorem Scapulae Oxoniensis *ἀποίσειν*. Marklandus ad Eurip. Suppl. 1192 *ἐποίσειν*. Non frustra minatam esse mulierem sequentia indicant.

VII.

Ἕλκει δὲ γραμματείδιον
ἐκεῖσε δίθυρον καὶ παράστασις, μία
δραχμή.

Photius, *Παράστασις*: *ἔστι δὲ δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας. Μένανδρος Μισογύνῃ Ἕλκει δὲ κτλ.* Eadem Suidas et Harpocratio s. v. *παράστα-*

*) Ita vulgatum *ἀπάταις* correxi in edit. mai. ignarus tum idem fecisse iam Coraen.

σις. De γραμματειδίῳ διθύρῳ, quo significatur *duarum plagularum liber iudicialis*, πινάκιον δικαστικόν, vide Hemst. ad Polluc. II p. 1215 et Observatt. Miscell. vol. V, 1 p. 18.

IX.

Χαῖρ' ὦ Γλυκέριον. ΓΛ. καὶ σύ. Α. πολλοστῷ χρόνῳ ὁρῶ σε.

Priscianus XVIII p. 1193: *Attici* ὅσῳ χρόνῳ. *Menander Misogyne* Χαῖρ' ὦ Γλυκέριον κτλ. Ita Bentleius pro Γλυκέρα. Porsonus Miscell. p. 251 ὦ χαῖρε Γλυκέρα. Cfr Philostratus Epist. 68 p. 947: Ἀρισταγόρα καὶ τὸ Μενάνδρου Γλυκέριον.

X.

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ βίου νῷν ἴσως δεῖ φροντίσαι.

Priscianus XVIII p. 1213: *Attici* φροντίζεσθαι (φροντίζειν) τάδε καὶ τῶνδε. Μέναν δρος Μισογύνῃ Ἀλλ' οὐδέ κτλ. Ita scripsi pro οὐ. Bentleius βιότου pro βίου. Possis etiam οὐχὶ τὰ βίου.

XI.

Χλαμύδα, καυσίαν,
λόγχην, ἀορτήν, ἱμάτια.

Pollux X 139: τὸ γὰρ ἐν Μισογύνῃ Μενάνδρου Χλαμύδα — ἱμάτια, ἀμφίβολον, ὅτι ἔνιοι καὶ ἀορτῆρα γράφουσιν. Idem VII 70: ἴσως καὶ ἀορταί, Μενάνδρου εἰπόντος Χλαμύδα καὶ μυσίαν (sic), λόγχην, ἀορτήν.

XII.

Phrynichus Epit. p. 417: Γῦρος. καὶ τοῦτο Μένανδρος τὴν καλλίστην τῶν κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ κατεκηλίδωσεν εἰπών. τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν οὐ συνίημι. Pro τοῦτο Bentleius τούτῳ, ut Menandri locus exciderit. Sed τοῦτο non male tuetur Dobraeus Adv. II p. 276, cum εἰπὼν illud coniungens.

ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ.

I. II.

Primas laudatissimae fabulae partes Thrasonidae, militi iactatori, delatas fuisse docet Libanius Orat. XXXI p. 701: *ἔχεις ἐκ τῆς κωμῳδίας παραλαβών, ὡς ὑπέρογκόν τι καὶ σοβαρὸν καὶ πολλή τις ἀλαζονεία στρατιώτης ἀνήρ. εἴ τις ὑμῶν φαντάζεται τὸν Μενάνδρου Θρασωνίδην, οἶδεν ὃ λέγω· στρατιωτικὴν γάρ φησιν ἀηδίαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπέχθειαν αὑτῷ κινῆσαι τὴν ἐρωμένην· καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι τοῦ Θρασωνίδου τὸ μῖσος.* Itaque Thrasonides ille inepta ac stolida, qua facinora sua augere solebat, iactantia acerrimum sibi puellae quam amaret odium pepererat. Hinc fortasse Photius, *Σπαθᾶν: Μένανδρος Μισουμένῳ τὸ ἀλαζονεύεσθαι.* Ad futiles istas hominis gloriationes respexit Plutarch. non suav. vivi sec. Epicur. p. 1095 c. ubi habes *Θρασωνίδας τινὰς καὶ Θρασυλέοντας ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους ποιοῦντας.* Nec male ad hanc fabulae partem rettuleris incerti poetae fragm. apud schol. Hermog. p. 391 (vol. V p. 485 Walz.) *τῶν κωμικῶν τις περὶ ἀλαζόνος στρατιώτου φησί*

Καὶ γὰρ μετὰ Κάλλα γέγονα καὶ μετ᾽ Ἀγαλλία,
καὶ μετὰ Μενοίτα καὶ μετὰ Περδίκκα πάλιν,
καὶ νή γε μὰ Δία τρίτον ἔτος μετὰ Κινησία.

Certe non dedecent haec Thrasonidem nostrum, quorum ducum auspiciis stipendia fecerit magnifica quadam iactantia enarrantem. Sed haec sane etiam in alia fabula locum habere potuerunt. Certius est gloriationum a Thrasonide iactatarum particulam servasse scholium Ambros. ad Odyss. ρ' 442: *πολλοὺς εἶχεν ἡ Κύπρος βασιλεῖς. ἐν ταὐτῷ φησι καὶ ὁ Μένανδρος ἐν Μισουμένῳ ὡς ἐν παραβάσει ἐκ Κύπρου λαμπρῶς πάνυ λαμπρὰ πράττων, ἐκεῖ γὰρ ὑπό τιν᾽ ἦν τῶν βασιλέων.* Ex quo loco discimus, iactasse militem in Cypro se meruisse stipendia, unde auctus opibus redierit. Verba *ὡς ἐν παραβάσει* non intellego. Cetera sic concipienda videntur:

Ἐκ Κύπρου λαμπρῶς πάνυ
πράττων· ἐκεῖ γὰρ ὑπό τιν᾽ ἦν τῶν βασιλέων.

Vidimus igitur Thrasonidem in gravissimum amasiae odium incurrisse. Quo facto quid egerit homo ingenti puellae amore percussus, e sequentibus discimus.

III. IV.

Παιδισκάριόν με καταδεδούλωκ᾽ εὐτελές,
ὃν οὐδὲ εἷς τῶν πολεμίων οὐπώποτε.

Servavit haec Arrianus Dissert. Epict. III 26. qui vide, inquit, quid dicat faciatque Thrasonides: *πρῶτον μὲν ἐξελήλυθε νυκτός, ὅτε Γέτας* (qui servus est militis) *οὐ τολμᾷ ἐξελθεῖν· εἶτα τί λέγει; Παιδισκάριον κτλ.* Sic enim legendum videtur pro vulgato *ὃν οὐδεὶς τῶν πολεμίων πώποτε*, nisi praeferas quod cod. habet: *ὃν πώποτ᾽ οὐδεὶς τῶν πολεμίων.* Eundem locum respexit Clemens Alex. Strom. II p. 463: *τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνή, παιδισκάριόν με, φησίν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν.* Constat *παιδισκάρια* dictas fuisse *sevulas.* Itaque domi habuit Thrasonides puellam belli iure partam. Cfr. Fragm. V. Sed videamus reliqua apud Arrianum. *Τάλας*, inquit, *ὅς γε καὶ παιδισκαρίου δοῦλος εἶ, καὶ παιδισκαρίου εὐτελοῦς. τί οὖν ἔτι σαυτὸν ἐλεύθερον λέγεις; τί δὲ προφέρεις σου τὰς στρατηγίας; εἶτα ξίφος αἰτεῖ, καὶ πρὸς τὸν ὑπ᾽ εὐνοίας μὴ διδόντα χαλεπαίνει, καὶ δῶρα τῇ μισούσῃ πέμπει, καὶ δεῖται καὶ κλάει. πάλιν δὲ μικρὰ εὐημερήσας ἐπαίρεται· πλὴν καὶ τότε πῶς; κτλ.* Vides argumentum fabulae tanquam in tabula descriptum. Ex verbis *ξίφος αἰτεῖ* etc. nescio an coniici possit ad hunc potissimum fabulae locum referenda esse quae servavit Pollux X 146: *σπάθη ἐπὶ τοῦ ξίφους καὶ ἐν τῷ Μενάνδρου Μισουμένῳ, ὅταν λέγῃ Ἀφανεῖς γεγόνασιν αἱ σπάθαι.* Certius est ex ea, quam Arrianus adumbravit, dramatis scena duo sequentia fragmenta petita esse.

V. VI.

Παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ', οὐ ποιῶ δέ.

Servavit haec Plutarchus de am. divit. p. 525 a. insanire dicens eos, qui veste non utuntur propter frigus, neque pane propter famem, neque opibus propter avaritiam: *ἀλλ' ἐν τοῖς τοῦ Θρασωνίδου κακοῖς ἐστιν Παρ' ἐμοὶ γάρ κτλ.* Quae ad hanc ipsam fabulam referenda esse primus vidit Toupius Emend. II p. 445. Sunt autem Thrasonidae verba, qui *καίπερ ἐξουσίαν ἔχων τῆς ἐρωμένης, διὰ τὸ μισεῖσθαι ἀπέχει αὐτῆς*, ut est apud Diogenem Laert. VII 130. Qui sequuntur apud Plutarchum versus:

Ἄπολλον, ἀνθρώπων τίν' ἀθλιώτερον
ἑόρακας *); *ἆρ' ἐρῶντα δυσποτμώτερον;*

a Geta recitabantur, quem adfuisse in scena, dum haec agebantur, ex sequentibus locis intellegitur.

VII. VIII.

Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, καὶ ψυχὴν πάλιν
λάβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γὰρ ἀλλὰ ποῦ θεούς
οὕτως δικαίους ἐστὶν εὑρεῖν ὦ Γέτα;

Servavit Iustinus de Mon. p. 40 b. Vs. 1 *πάλιν* a Bentleio additum est. Pro *καὶ* fortasse scribendum *κἂν*. *Nam si hoc viderem* (puellam meam mihi recuperatam), *etiam animum reciperem.* Alius item locus extat ex colloquio militis cum Geta servatus:

Οὐπώποτ' ἠράσθης Γέτα;
Γ. οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην.

Leguntur haec apud Hermiam ad Platonis Phaedr. p. 76: *οἱ μὲν γὰρ ὑπέλαβον ἁπλῶς φαῦλον τὸ ἐρᾶν, ὡς Ἐπίκουρος, ὁρισάμενος αὐτὸν (ἔρωτα) σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων μετὰ οἴστρου καὶ ἀδημονίας, καὶ ὁ εἰπὼν „πλήρει γὰρ ὄγκῳ*

*) Ita Porsonus ad Eurip. Phoen. 1367 pro *ἑώρακας*.

γαστρὸς αὔξεται κύπρις" καὶ „οὐπώποτ᾽ ἠράσθης Γέτα; οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην" φησίν. Ita enim haec ex codice D correxit Bekkerus ad schol. Platonis p. 312. *) Etsi autem apud Hermiam neque poetae neque fabulae nomen additum est, vix tamen dubitari potest, quin suum illis locum recte assignaverim. Ad sententiam, ne plura commemorem, apprime facit Euripidis versus οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν Danaes fragm. VIII 4. Eidem fortasse assignandus est alter quem Hermias affert incerti auctoris versus Πλήρει γὰρ ὄγκῳ γαστρὸς αὔξεται κύπρις. **)

IX.

Quod supra ex Arriano attuli, πάλιν δὲ μικρὰ εὐημερήσας ἐπαίρεται, docet opinor puellam tandem repetitis militis obtestationibus hoc dedisse, ut foras prodiret et mitiorem animum ostenderet. Quam rem probabile est ita instituisse poetam, ut Thrasonides identidem se alios mores sequuturum esse sanctissime iuraret. Quibus ita respondisse videtur puella, ut se affirmanti parum fidei habere diceret:

Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλαστον τοῦτό σου
καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μέθη ποτέ.

Quae, tacito Menandri nomine, e Misumeno afferuntur a Suida s. v. ἀμφιέσαντες et Grammatico Seguer. p. 415 21, ubi legitur τοῦτο μέν. Suidas habet τοῦτό μου, quod emendavit Hemsterh. ad Lucian. I p. 443. Ad ἀπαμφιεῖ spectat fortasse Hesychii glossa, Ἀπαμφιεῖ: ἀπογυμνώσει.

---

Athenaeus IX p. 410 d: Πολέμων ἐν ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἀντίγονον καὶ Ἀδαῖον περὶ τῆς διαφορᾶς λέγει τοῦ κατὰ χειρὸς πρὸς τὸ νίψασθαι. Δημόνικος δ᾽ ἐν τῷ Ἀχελωνίῳ τὸ πρὸ τοῦ δείπνου κατὰ χειρός φησι διὰ τούτων Ἐσπουδάκει κτλ. Spectant haec ad Aristophanis aliorumque grammaticorum doctrinam, qui τὸ κατὰ χειρὸς et τὸ ἀνονίψασθαι Atticos ita distinxisse statuebant, ut illud de manuum lavatione ante coenam, ἀπονίψασθαι autem de lavatione post coenam diceretur. Vide Athenaeum VIII p. 408 f. Eadem Polemonis fuisse videtur doctrina; ex quo consentaneum est, quod proxime subiicitur Demonici testimonium eo consilio Athenaeum attulisse, ut Demonicum κατὰ χειρὸς de utraque lavatione dixisse doceret. Hinc suspicari licet Athenaei verba luxata et ita redintegranda esse: ἐν τῷ Ἀχελωνίῳ τό τε πρὸ τοῦ δείπνου [καὶ τὸ μετὰ τὸ δεῖπνον] κατὰ χειρός φησι διὰ τούτων. Tale quid nisi dicere voluit Athenaeus, prorsus inutilis erat Demonici citatio, quum τὸ κατὰ χειρὸς de lavatione manuum ante coenam peragenda dici plurimis exemplis iam in superioribus docuerit. Ceterum verba τὸ γοῦν κατὰ χειρὸς etc. non Athenaei esse, cui vulgo tribuuntur, sed cum prioribus Demonici versibus coniungenda esse, et res ipsa docet et monuit iam Schweighaeuserus, cui miror

*) V. Hist. crit. p. 492. Fortasse tamen recte Dalecampius Ἀχελῷος fabulae titulum fecit.

non obsequutum esse Dindorfium, qui poetae locum vs. 2 terminavit. Vs. 1 propter *περιγράφει*, quod vs. 3 legitur, malim *ἐσπούδακεν*, quod praesentis significationem habet. Vide Lehrsium Quaest. epic. p. 288. Potest tamen etiam vulgatum ferri. Tum *ἑστιῶν* verissime Casaubonus a Dindorfio neglectus. Vulgo *ἐσθίων*. Hoc enim dicit, accelerasse convivas coenam quasi famelicum et multivorum virum hospitio exciperent. — Vs. 2 fort. *μάλ'*, vel *ἅμ'*, *ὀξύπεινον*. — Vs. 3 *περιγράφει, tollit, omittit*, quod frequens recentioribus Attici fere *διαγράφειν* dicebant. Recte Grammaticus Mediceus apud Ruhnkenium ad Tim. p. 82: *Διάγραφε, μὴ περίγραφε*. Cfr Hemsterhusium Anecd. p. 255. Tum *πᾶς* AB. Vulgo *πως*. — Vs. 4 addidi *τό*.

DEXICRATES.

(Hist. crit. p. 492)

ΥΦ ΕΑΥΤΩΝ ΠΛΑΝΩΜΕΝΟΙ.

Εἰ δὲ μεθύω καὶ χιόνα πίνω, καὶ μύρον
ἐπὶ στόματι κράτιστον Αἴγυπτος ποιεῖ.

Athenaeus III p. 124 b. de nivis potu disserens: *Δεξικράτης δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ 'Υφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι φησίν Εἰ δὲ μεθύω κτλ.* Vs. 1 *ἴδε* pro *εἰ δὲ* Porsonus, *ἤδη* Dindorfius. Possis etiam *τί δέ*. Sed videtur Athenaeus apodosin omisisse. — Vs. 2 vulgo *ἐπὶ στόματος*. Recepi ex AB *ἐπὶ στόματι*, quod etsi non minus corruptum est, genuinae tamen lectionis vestigia continere videtur. Suspicor:

Εἰ δὲ μεθύω καὶ χιόνα πίνω, καὶ μύρον
ἐπίσταμ' ὅτι κράτιστον Αἴγυπτος ποιεῖ,
[τί σοὶ διαφέρει τοῦτο;]

Si inebrior et nivem poto, et Aegyptiacum unguentum optimum esse scio, quid hoc tua refert? De unguento Aegyptio vide Theophrastum de Odor. 28. Athenaeum II p. 66 d. Plutarchum praec. sanit. p. 125 a.

E U A N G E L U S.

(Hist. crit. p. 492)

ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΗ. *)

*Τέτταρας * * τραπέζας τῶν γυναικῶν εἶπά σοι*
ἓξ δὲ τῶν ἀνδρῶν, τὸ δεῖπνον δ' ἐντελὲς καὶ μηδενὶ
ἐλλιπές. λαμπροὺς γενέσθαι βουλόμεσθα τοὺς γάμους.
Β. οὐ παρ' ἑτέρου δεῖ πυθέσθαι, πάντα δ' αὐτόπτης ἐρῶ.
τῶν μὲν ἐλαῶν ἄφελε πάνθ' ὅσ' ἂν βούλῃ γένη.
εἰς δὲ τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες, δέλφακας, χοίρους, λαγώς·
Α. ὡς ἀλαζὼν ὁ κατάρατος. Β. θρῖα, τυρόν, ἐγχύτους.
*Α. παῖ Δρόμων. Β. κάνδυλον, ᾠά τ', ἀμύλιον * * **
τὸ πέρας, ὕψος τῆς τραπέζης πήχεών ἐστιν τριῶν,
ὥστε τὸν δειπνοῦντ' ἐπαίρειν, ἄν τι βούληται λαβεῖν.

Athenaeus XIV p. 644 c. d: *ἐγχύτων δὲ πλακούντων μνημονεύει Μένανδρος μὲν — Εὐάγγελος δ' ἐν Ἀνακαλυπτομένῃ Τέτταρας τραπέζας κτλ.* „Colloqui videtur *ἀλαζὼν* quidam cum coquo, cui extollit suam liberalitatem." Dobraeus Adv. II p. 349. Qua observatione nihil proficitur ad difficillimi loci intellectum. Vs. 1 fortasse *ποιεῖν* addendum post *τέτταρας*. Menander Pseudoherc. I, 2: *πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν;* Ibid. vulgo *εἶπα* sine *σοι*. Cod. A *εἶπας οἱ.*

*) V. Hist. crit. p. 492. Idem fortasse Philemoneae fabulae titulus fuit. V. supra p. 5.

Correxit Schweighaeuserus. — Vs. 2 δ' additum a Dindorfio. Ibid. μηδενί Fiorillo. Libri μηδέν. — Vs. 3 ante Dindorfium γίνεσθαι. — Vs. 4 B αὐτόπτας. — Vs. 5 Dindorfius tentat τῶν ἐλαῶν μὲν γὰρ ἄφελε. Nisi ἐλαῶν, quae vix apte hic commemorantur, corruptum est, haud paullo probabilius videri possit ante πάντα excidisse πρῶτον vel simile quid. Nam ἐλάα recte penultimam corripere videtur, cuius mensurae quae exempla vol. III p. 503 attuli, iis adde Philippum in Anal. Brunck. II p. 227. Ibid. libri ὅσα βούλει. Dindorfius ὅσ' ἂν βούλῃ vel ὁπόσα βούλει. — Vs. 6 λαγὼς pro λαγωοὺς Schweighaeuserus. — Vs. 8 κάνδυλον. Itaque producit hoc nomen penultimam, quam nescio quo auctore lexicorum nostrorum conditores corripi crediderunt. Compares cognatum vocabulum κανδύταλις, in quo item υ produci ostendit Diphili locus in Epidicaz. p. 393. In fine versus non cibi, sed servi nomen excidisse videtur, quem ille eodem consilio quo paullo ante appellat, nimirum ut insolentem iactatorem abducat. Supplere possis παῖ παῖ Δρόμων, quae verba facile excidere potuerunt. — Vs. 10 requirebam ἐπαίρεσθαι. Sed ferri potest activum, ut ipsa mensa τὸν δειπνοῦντα ἐπαίρειν dicatur. Similiter in re dissimillima loquutus est Aristoph. Lys. 54: ἀπολώλεκέν με κἀπιτέτριφεν ἡ γυνή | τά τ' ἄλλα πάντα κἀποδείρασ' οἴχεται.

L A O N.

(Hisl. crit. p. 492)

Δ Ι Α Θ Η Κ Α Ι.

Τῶν γὰρ μετ' ἐμαυτὸν εἰκόνος καὶ μνημάτων
ἀεὶ καταφρονῶν ζῶν ἔχειν τι βούλομαι.

Stobaeus Flor. CXXIII 5 cum lemmate *Λάωνος ἐκ Διαθηκῶν.* **Pro** *εἰκόνος* **legendum videtur** *εἰκόνων.*

EX INCERTA FABULA.

Βοιωτὸν ἄνδρα στέργε, τὴν Βοιωτίαν
μὴ φεῦγ'· ὁ μὲν γὰρ χρηστὸς ἡ δ' ἐφίμερος.

Dicaearchus Vit. Graec. p. 28 Buttm. de Thebis scribens: *καὶ νίφεται καὶ πηλὸν ἔχει πολύν· οἱ στίχοι Λάωνος. γράφει δὲ ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ οὐ λέγων τὴν ἀλήθειαν. μοιχὸς γὰρ ἁλοὺς ἀφείθη, μικροῦ διαφόρου* **(exiguo pretio)** *τὸν ἀδικηθέντα ἐξαγοράσας· Βοιωτὸν ἄνδρα κτλ.* **Legebatur** *ἐφήμερος*, **quod correxit H. Stephanus in Thesauro Antiqu. Graec. XI p. 29 B. Ceterum v. Hist. crit. p. 492.**

NAUSICRATES.

(Hist. crit. p. 494)

ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ.

I.

Δύο μὲν ἁπαλοὶ καὶ καλοὶ
. . . . τοῦ ναυτίλοισι πολλάκις
ἤδη φανέντος πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις,
ὃν καὶ τὰ θνητῶν φασιν ἀγγέλλειν πάθη.
Β. γλαῦκον λέγεις. Α. ἔγνωκας.

Athenaeus VII p. 296 a. de glauco pisce disserens: *Ναυσικράτης Ναυκλήροις Δύο μέν, φησίν, ἁπαλοί κτλ.* Vs. 2 Dobraeus Adv. II p. 315 probabili coniectura supplet *παῖδες θεοῦ*. Porsonus *ἐπώνυμοι* in Append.ad Toupii Emend. p. 477. — Vs. 3 *πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις.* Imitatur sermonem tragicorum. Aeschylus apud schol. Aristoph. 716: *ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.* Cfr Stanleius ad Aesch. Choeph. 578. Ceterum vide ad sequens fragmentum.

II.

Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται,
αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον Κόρην
δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Β. τρίγλας λέγεις. γαλακτοχρῶτα Σικελὸς ὃν
πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβος.

Athenaeus VII p. 325 e: *Ναυσικράτης δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐπαινεῖ τὰς Αἰξωνικὰς τρίγλας ἐν Ναυκλήροις λέγων οὕτως Μετ' αὐτῶν — τρίγλας λέγεις.* Idem p. 330 b: *Ῥωμαῖοι δὲ καλοῦσι τὴν ψῆτταν ῥόμβον, καὶ ἔστι τὸ ὄνομα ἑλληνικόν. Ναυσικράτης ἐν Ναυκλήροις· προειπὼν δὲ περὶ γλαύκου τοῦ ἰχθύος ἐπιφέρει Αἱ ξανθοχρῶτες — πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβος.* Vs. 2 *κλίδων* priore loco BP et altero C. Ibidem *Αἰξωνικὸς* priore loco C. *ἐξωνικὸς* ABPVL. altero loco *Αἰξωνικὸς* CL. *ἐξωνικὸς* ABPV. — Vs. 3 loco priore *ἐντόπους* epit. Hoeschelii, quod sequuti sunt Schweigh. et Dindorfius. Praestat opinor *ἐντόποις*, *incolis*, vel *ἐμπόροις*, quod malim. Quamquam nec *ἐν τόποις*, *in locis illis*, spernendum. Cfr Aristoph. Thesm. 664: *εἴτις ἐν τόποις ἑδραῖος ἄλλος αὖ λέληθεν ὤν.* — Vs. 6 altero loco *τρίγλαν.* Postrema verba *γαλακτοχρῶτα* etc. quae ex altero Athenaei loco accesserunt, quid sibi velint nemo adhuc docuit. Recte Schweighaeuserus contra Casaubonum monuit, non hoc dicere Athenaeum, *ψῆτταν* piscem Graecis etiam *ῥόμβον* fuisse vocatum: sed hoc unum eum voluisse, latinum vocabulum *rhombum* sua origine graecum esse. Iam numerorum concinnitatem et sententiam ita quodammodo restituere licebit:

τρίγλαν λέγεις γαλακτοχρῶτα, Σικελὸς ἥν
πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβοισι.

H. e. *triglam dicis, quam Siciliensis plebecula magicarum rotarum strepitu defigit.* Quae ad nescio quam Siculorum superstitionem spectare videntur. At vix credibile est triglis, quas paucis versibus ante *ξανθοχρῶτας* appellaverat, nunc lacteum colorem tribui. Accedit quod Athenaeus Nausicratem *ῥόμβον* commemorasse dicit, postquam is de glauco pisce dixisset, *προειπὼν περὶ γλαύκου τοῦ ἰχθύος ἐπιφέρει.* Ex quo apertum esse arbitror verba „*γαλακτοχρῶτα Σικελὸς ὃν πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβοισι*" ad glaucum piscem, non autem ad triglam pertinere, et cum primo fabulae fragmento ita coniungenda esse:

γλαῦκον λέγεις γαλακτοχρῶτα, Σικελὸς ὃν
πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβοισι.

Glauci capturam cum magicis artibus coniunctam fuisse eo minus mirandum, cum alia etiam mirifica de illo pisce a veteribus credita sint. V. Fragm. Anon. MS apud Schneider. ad Marcell. Sid. p. 95. Haec si vera sunt, consentaneum est postremam partem secundi fragmenti ita scribendam esse: *Β. τρίγλας λέγεις. Α. ἔγνωκας.* Itaque ex mea quidem sententia utrumque fragmentum ita scribendum fuerit:

Δύο μὲν ἁπαλοὶ καὶ καλοί
[παῖδες θεοῦ] τοῦ ναυτίλοισι πολλάκις
ἤδη φανέντος πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις,
ὃν καὶ τὰ θνητῶν φασιν ἀγγέλλειν πάθη.
Β. γλαῦκον λέγεις γαλακτοχρῶτα, Σικελὸς ὃν
πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβοισιν. Β. ἔγνωκας . .
. . . Α. μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικός
πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται·
αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον Κόρην
δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Β. τρίγλας λέγεις. Α. ἔγνωκας.

Praeterea etiam in prioribus loci verbis aliquid vitii inesse suspicor, siquidem ex vs. 5 colligi potest, initio non plures glaucos sed unum tantum commemoratum fuisse. Itaque nescio an, non Athenaeus quidem, at poeta vs. 1 et 2 ita fere scripserit: *Ἄκουε δή. πρῶτον μὲν ἁπαλὸς καὶ καλὸς | παῖς τοῦ θεοῦ τοῦ ναυτίλοισι κτλ.* et vs. 7 *μετ' αὐτὸν* pro *μετ' αὐτῶν.* In fragmento multis modis turbato audacioribus coniecturis locus non denegandus est. Superest ut de altero Athenaei loco VII p. 330 b. aliquid adiiciam, in quo non tantum inutiles sunt scriptoris consilio quattuor illi Nausicratis versus *αἱ ξανθοχρῶτες — τρίγλας λέγεις,* sed etiam haec verba *προειπὼν δὲ περὶ γλαύκου τοῦ ἰχθύος ἐπιφέρει,* manca et imperfecta sunt. Meo iudicio optime omnia se habebunt, si recisis illis versibus locus ita constituitur: *προειπὼν*

δὲ περὶ [Γλαύκου τοῦ θεοῦ, εἶτα περὶ] τοῦ ἰχθύος ἐπιφέρει·

γλαῦκον λέγεις γαλακτοχρῶτα, Σικελὸς ὃν
πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβοισι.

Π Ε Ρ Σ Ι Σ. *)

Ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
λέοντας ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον;
οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥάδιον.

Athenaeus IX p 399 e: *Ναυκράτης δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Περσίδι σπανίως φησὶν ἔστιν εὑρεῖν δασύποδα περὶ τὴν Ἀττικήν. λέγει δὲ ὧδε Ἐν τῇ γάρ κτλ.* Vide supra ad Menandri fragm. inc. fab. CCXCVII. Vs. 2 C ante *τοιοῦτον* addit *τι*.

N I C O.

(Hist. crit. p. 495)

Κ Ι Θ Α Ρ Ω ι Δ Ο Σ.

Καὶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνων φησί *
πατριῶτα. μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρόν,
χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἐδεξάμην.

Athenaeus XIII p. 487 c. *Μάνης: ποτηρίου εἶδος. Νίκων Κιθαρῳδῷ Καὶ πάνυ κτλ.* Pollux VI 99: *γευστηρίου μὲν Ἀριστοφάνης μέμνηται, μάνου δὲ Νίκων ἐν Κιθαρῳδῷ Πατριώτιδα μάνην λαβὲ* (Ald. *λάβε*) *κεραμεοῦν ἁδρόν, χωροῦντα κοτύλας πέντε ἴσως.* Porsonus tentabat *Κεἶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνων φησί μοι, | μάνην δέχου πατριῶτα.* Heringa Observ. p. 29 *προπίνω, φησί, σοί, πατριῶτα.* Pro *μάνου* et *μάνην* in Pollucis loco Aldus habet *μανοῦ* et *μανήν*, de qua *τονώσει* attuli quaedam ad Alexidis fragm. p. 396.

*) V. Hist. crit. p. 495. 497.

NICOLAUS.

(Hist. crit. p. 495)

EX INCERTA FABULA.

Τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξεῦρεν γένος
Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος.
οὐ δυνάμενος δὲ τῇ τέχνῃ χρῆσθαι καλῶς
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, εἶτ᾽ ἀκουσίῳ
δίφρῳ περιπεσὼν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν
ἀπὸ τῆς τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράφη,
ἄφνω δὲ πληγεὶς εἰς μέσην τὴν γαστέρα
ἔδοξεν αὐτῷ γεγονέναι τἄνω κάτω,
Σίπυλόν τε τοῖτον ἀνατετράφθαι τὸν τρόπον·
καὶ μάλα δικαίως· Φρὺξ γὰρ ὢν οὐχ ἱκανὸς ἦν
τὴν τοῦ τρέφοντος εὖ φέρειν παρρησίαν.
διὸ δὴ τοιαύτης παντελῶς καχεξίας
ἐν τοῖς βίοις παρὰ πᾶσιν ἐζηλωμένης
πικρῶς ἐπιπλῆξαι βούλομ᾽, ἄνπερ νὴ Δία
παρρησίαν μοι δῶτε, τοὺς ἀσυμβόλους
τἀλλότρια δειπνεῖν ἑλομένους ἄνευ πόνου.
τί γὰρ μαθών, ἄνθρωπε, πρὸς τῶν δαιμόνων
βούλει παρασιτεῖν; ἢ τί τῶν ἐν τῷ βίῳ
ξυνῆκας; εἰπον, ἄξιον γὰρ εἰδέναι·
τίνος μαθητὴς γέγονας; αἵρεσιν τίνα
ζηλοῖς; ἀπὸ τίνων δογμάτων ὁρμώμενος
τολμᾷς παρασιτεῖν; ἃ μόλις ἡμεῖς τὸν βίον
ἅπαντα κατατρίψαντες οὐδὲ νῦν ἔτι

ἀνεῳγμένην δυνάμεθα τὴν θύραν ἰδεῖν
διὰ τοὺς ἀναιδῶς τἀλλότρια μασωμένους.
οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζάν ἐσθ' ὁ πλοῦς.
πλευρὰν ἔχειν πρώτιστον ἐν τούτοισι δεῖ,
πρόσωπον ἰταμόν, χρῶμα διαμένον, γνάθον
ἀκάματον, εὐθὺς δυναμένην πληγὰς φέρειν.
στοιχεῖα μὲν ταῦτ' ἐστὶ τῆς ὅλης τέχνης.
ἔπειτα δεῖ σκωπτόμενον ἐφ' ἑαυτῷ γελᾶν·
αἰσχρὸν γὰρ οἶμαι δοῦλον εἶναι σκώμματος.
ἀπὸ τῶν ἐτῶν κλέπτει τις ἢ καὶ βάπτεται,
θέλων καλὸς εἶναι, καὶ παρ' ἡδικίαν νοσεῖ·
ἔστω Γανυμήδης οὗτος ἀποθεούμενος·
πρὸς χάριν ὁμίλει τοῦ τρέφοντος ἐπ' ὀλέθρῳ·
παρατάττεταί τις καὶ ποιεῖ πάντας νεκροὺς
δείπνῳ· σιωπῇ τοῦτον ὑπομυκτηρίσας
εἰς τὴν τράπεζαν καὶ σὺ τὴν χολὴν ἄφες.
οἶμαι δ' ἐμαυτὸν εὔθετον τῷ πράγματι,
παῖδες, γεγονέναι· πάντα γὰρ πρόσεστί μοι
ὅσα περ ἔχειν τἀλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ,
λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ἀργία.
καὶ νῦν μ' ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ
σύνδειπνον αὐτῷ κέκρικεν εἶναι καὶ φίλον.

Stobaeus Flor. XIV 7 cum lemmate *Νικολάου*. Vs. 1 mirum dicendi genus est *τὸ παρασίτων γένος ἐξευρεῖν* de eo qui parasitandi artem invenit. Suspicabar *τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξῆρξεν γένος.* — Versus secundus Euripidis est Orest. vs. 5. — Vs. 4 *ἀκούσιον δίφρον* dicere videtur ad quem invitus relegatus est Tantalus. Similiter *ἄκοντα ἔργα* dixit Sophocles Oed. Col. 240. Fortasse tamen *ἀκουσίως* vel *ἀκούσιος* scribendum. Sed totum hunc locum non intellego. Pro *γλῶσσαν* ne *γλῶτταν* scribatur prohibet Euripidis Orest.

10. ex quo verba *ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν* derivavit. — Vs. 6 *εἰ τῆς*, ut vulgo, libri meliores. *ἀπὸ τῆς* quattuor MSS apud Schowium et cod. B a manu sec. Grotius ex coniectura *τὰ τῆς*. Iacobsius *θείης* (*θείας*). — Vs. 7 *πληγεὶς εἰς τὴν γαστέρα*. Aristophanes Nub. 545: *ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα*. Id ab aliis ipsoque Aristophane Equ. 274. Vesp. 1529. uno verbo dicitur *γαστρίζειν*. — Vs. 9. Respicit terrae motum, quo Sipylum et Smyrnam antiquissimis temporibus concussa fuisse constat. Vide Reiskium ad Aristid. vol. I p. 427 Dind. — Vs. 12 *διὸ δεῖ* cod. A. — Vs. 14 *ἐπιπλῆξαι* cod. A. Gesneri margo et duo MSS apud Schowium. Vulgo *ἐκπλῆξαι*. Pro *πικρῶς* cod. A *πικρός*. — Vs. 17 *τί μαθὼν* recte tueri videtur Hermannus Praef. ad Aristoph. Nub. p. XLVII. — Vs. 19 „*νυξῆκας* AN. *εὕρηκας* A in marg. *νύξηκας* B cum *ἴσ. ἤνξηκας* et *γρ. εὕρηκας* in marg." *Gaisfordus*. — Vs. 21 *ζηλοῖς* Porsonus Adv. p. 302 et Valckenarius apud Gaisfordum. Trinc. *κλοῖς*. Gesn. * *κλοῖς*. AB et Gesneri margo *εἶλον*. Schowius ex uno MS *φιλεῖς*. Dictionis *αἵρεσιν ζηλοῦν* Porsonus et Valckenarius exempla attulerunt ex Diodoro Sic. I 28 35. Iosepho B. J. II 8 7 aliis. — Vs. 22 *ἃ* quo spectet non video. Suspicabar *ὃ* ad *παρασιτεῖν* relatum, cui quod vs. 24 subiicitur *ἀνεῳγμένην τὴν θύραν ἰδεῖν*, appositionis loco mihi illatum videbatur. — Vs. 23 verba *οὐδὲ νῦν ἔτι* corrupta videntur. Sententia requirit *οὐδὲ νῦν γέ πω*, vel simile quid. — Vs. 23 *ἅπαντα* pro *πάντα* Porsonus. — Vs. 25 *ἀναιδῶς* Grotius. Gaisfordus *ἀνώδυνα* ex quattuor MSS apud Schowium et B a m. sec. Quae aperta interpolatio est. Vulgo *ἄνω δία*, in quo aliud quid latere videtur quam quod Grotius coniecit. Fortasse *ἀνοδίᾳ* scribendum. Frequens dicendi genus est *ἀνοδίᾳ πορεύεσθαι*, quod quum proprie de iis dicatur qui non trito et expedito itinere incedunt (v. Wesseling. ad Diod. Sic. XIX 5), etiam de iis usurpari potuit qui quod agunt perverse agunt. Itaque *ἀνοδίᾳ τἀλλότρια μασᾶσθαι* dici posse videntur qui in parasitica arte praecipitem et negatam viam sequuntur. Ibidem *μασωμένους* scripsi pro *μασσωμένους*.

— Vs. 26 *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζάν ἐσθ' ὁ πλοῦς* lepide detortum ex notissimo proverbio *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς*, de quo scriptorum locos apposuit Leutsch ad Zenob. V 37. — Vs. 27 *πρώτιστον ἐν τούτοισι* AB margo Gesn. et MSS Schowii. *πρώτοισι τούτοισι* Trinc. *πρώτοισι τουτέοισι* Gesn. Non credo tamen locum persanatum esse. Nam nec *πλευρὰ* epitheto carere potest, nec *ἐν τούτοις* habet quo referatur. Itaque vide an scripserit poeta: *πλευρὰν ἔχειν πρώτιστον εὔτονόν σε δεῖ*, *latus firmum et robustum.* Quo sensu *εὔτονα σώματα* habes apud Hippocratem, annotante Foesio Oec. Hipp. p. 253. — Vs. 29 *εὐθὺς — φέρειν.* Plato Soph. § 43 (p. 235 B) *ἐὰν ἡμᾶς εὐθὺς ὁ σοφιστὴς ὑπομείνῃ.* — Vs. 36 vulgo *ὁμιλεῖ*, pro quo *ὁμίλει* scripsi ex B. Ceterum meo iudicio hic versus melius post vs. 32 legeretur. — Vs. 33 de *βάπτεσθαι* cfr Hist. crit. p. 123. — Vs. 37 *παρατάττεται* AB in margine. *παράττεται* Trinc. et AB in textu. Vulgo *ταράττεται.* Bene Grotius: *aciem instruit debellaturus in mensa*, non quidem *Alexandrum*, ut ille voluit, at *hostes* tamen. Apposite Tibullus Eleg. I 10 29: *alius sit fortis in armis, Sternat et adversos Marte favente duces; Ut mihi potanti possit sua dicere facta Miles, et in mensa pingere castra mero.* Fortasse tamen *χαράττεται* scribendum i. e. *irascitur.* V. Elmsleium ad Euripidis Med. 154. — Vs. 38 B *δείπνει*, quod qui coniecit, id sine dubio cum sequentibus coniungi voluit hoc sensu: si quis miles gloriator aciem in mensa instruit hostesque se omnes caesurum minatur, tu securus epulare. Sed hoc plures ob caussas non placet. Non dubito quin *δειπνῶν* poeta scripserit. Quae sequuntur verte: *hunc tu tacite subsannans bilem ex insipidis militis iactationibus collectam in mensam effunde*, i. e. fortiter te cibis ingurgita. — Vs. 40 *πράγματι* A et margo Gesn. pro vulgato *τοῖς πράγμασι.* — Vs. 44 *Λυδῶν ἄνακτα* Lydiae dicere videtur satrapam. Verba ipsa ex tragico poeta petita videntur. — Vs. 45 *καὶ* addit Grotius.

NICOMACHUS.

(Hist. crit. p. 496)

ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ.

Ὑποδεικνύεις μὲν ἦθος ἀστεῖον πάνυ
καὶ πρᾷον, ὀλίγωρον δὲ πεποίηκάς τι. Β. πῶς;
Α. ἐν τῇ τέχνῃ τίνες ἐσμὲν οὐκ ἐξήτακας.
ἢ πρότερον ἐπύθου τῶν ἀκριβῶς εἰδότων
οὕτω τ' ἐμισθώσω με; Β. μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ.
Α. ἦ μὴν ἴσως ὅσον μαγείρου διαφέρει
μάγειρος οὐκ οἶσθ'. Β. εἴσομαι δέ γ' ἢν λέγῃς.
τὸ γὰρ παραλαβόντ' ὄψον ἠγορασμένον
πότερ' ἀποδοῦναι σκευάσαντα μουσικῶς
διακόνου 'στ' οὐ τοῦ τυχόντος; Α. Ἡράκλεις.
ὁ μάγειρός ἐσθ' ὁ τέλειος ἑτέρα διάθεσις.
πολλὰς τέχνας λάβοις ἂν ἐνδόξους πάνυ,
ὧν τὸν μαθεῖν βουλόμενον ὀρθῶς οὐκ ἔνι
ταύταις προσελθεῖν εὐθίς· ἀλλ' ἔμπροσθε δεῖ
ζωγραφίας ἧφθαι. ταὐτὰ καὶ μαγειρικῆς
πρότερον μαθεῖν δεῖ τῆς τέχνης ἑτέρας τέχνας,
ὧν εἰδέναι σοι κρεῖττον ἦν μοι πρὶν λαλεῖν,
ἀστρολογικὴν, γεωμετρικὴν, ἰατρικήν.
τῶν ἰχθύων γὰρ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς τύχας
ἐντεῦθεν εἴσει, παρακολουθήσεις χρόνοις,

πότ' ἄωρός ἐσθ' ἕκαστος ἢ πόθ' ὥριμος.
τῶν ἡδονῶν γὰρ μεγάλα τὰ διαστήματα·
ἐνίοτε κρείττων γίγνεται θύννου βόαξ.
Β. ἔστω. γεωμετρικῇ δὲ καὶ σοὶ πρᾶγμα τί;
Α. τοὐπτάνιον ἡμεῖς σφαῖραν εἶναι τιθέμεθα.
τοῦτο διελέσθαι καὶ τόπον λαβόνθ' ἕνα
μερίσαι κατ' εἶδος τῆς τέχνης ἐπιδέξια,
ἐκεῖθεν ἐνταῦθ' ἐστὶ μετενηνεγμένα.
Β. οὗτος, πέπεισμαι· καὶ τὰ λοιπὰ μὴ λάλει.
Α. περὶ τῆς ἰατρικῆς δέ· τῶν γὰρ βρωμάτων
πνευματικὰ καὶ δύσπεπτα καὶ τιμωρίαν
ἔχοντ' ἔνι' ἔστιν, οὐ τροφήν. δειπνῶν δὲ πᾶς
τἀλλότρια γίγνετ' ὀξύχειρ κοὐκ ἐγκρατής.
τοῖς δὴ τοιούτοις βρώμασιν τὰ φάρμακα
εὕρητ' ἐκεῖθεν, μεταφορὰ δ' ἐστὶν τέχνης.
ᾔδη τὸ μετὰ νοῦ καὶ τὸ συμμέτρως ἐμόν.
παρὰ τακτικῆς, ἕκαστα ποῦ τεθήσεται·
ἀριθμῷ τὸ πλῆθος εἰδέναι μαγειρικῆς.
οὐδεὶς ἕτερός σοι πρὸς ἐμὲ καὶ γραφήσεται.
Β. μικρὰ διάκουσον ἐν μέρει κἀμοῦ. Α. λέγε.
Β. σὺ μηδὲν ἐνόχλει μήτε σαυτὸν μήτ' ἐμέ,
ἀπραγμόνως δὲ διαγενοῦ τὴν ἡμέραν.

Athenaeus VII p. 290 e: *Νικόμαχος δ' ἐν Εἰλειθυίᾳ καὶ αὐτὸς παράγει τινὰ μάγειρον ὑπερβάλλοντα τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας. λέγει δ' οὖν οὗτος πρὸς τὸν μισθωσάμενον* 'Υποδεικνύεις κτλ. Vs. 2 fortasse *πεποίηκάς τί πως*. — Vs. 5 et 6 vulgo *οὐκ ᾤμην. Β. ἴσως*. Grotius *οὐκ. Α. ἦ μήν*. Iacobsius *οὔ. Α. καὶ μήν*. — Vs. 6 et 7 *μαγείρου διαφέρει μάγειρος* Schweighaeuserus. *διαφέρει μαγείρου μάγειρος* ABCDPQ. *διαφέρει διακόνου μάγειρος* VL. Pro *ἣν* malim *ἄν*. Vide supra p. 451 sq. Post vs. 7 C ita

pergit: *ἔπειτα αὐχήσας ὁ μάγειρος εἰδέναι τὸ ἠγορασμένον ὄψον σκευάζειν μουσικῶς, ληρεῖ ὅτι πρὸ τῆς μαγειρικῆς τέχνης πρότερον μαθεῖν δεῖ ἑτέρας τέχνας, ἀστρολογικήν, ἰατρικὴν κτλ.* — Vs. 10 vulgo *διακόνου 'στὶ τοῦ.* Cod. A *διακόνουσ' τούτου.* Correxit Schweighaeuserus, qui totam hanc *ῥῆσιν* inde a vs. 8 usque ad *τυχόντος* vs. 10 alteri personae continuandum et per interrogationem efferendam vidit: *At sciam si tu dixeris: nam acceptum piscem emtum reddere scite paratum, nonne hoc est famuli cuiuslibet?* Atque ita etiam Dobraeus Append. ad Aristoph. p. (114), pro *πότερον* vs. 9 scribens *πότερ'*, quem sequutus est etiam Dindorfius. Quibus Hanovius Exerc. crit. p. 131 ita obloquutus est, ut neque *πότερον* vel *πότερα* in simplici oratione recte dici affirmaret, et vs. 10 non *διακόνου ἐστὶν οὐ τοῦ τυχόντος*, sed potius *οὐ τοῦ τυχόντος διακόνου ἐστὶ* dicendum fuisse contenderet. Neutrum recte obiectum est. De *πότερον* in simplici interrogatione (altera tacite suppressa) vide ne longe abeam Aeschyl. Pers. 244. Sophocl. Oed. Col. 333 et Philoct. 1219. Anaxandrid. Ter. I 2 et Fragm. comic. anonym. 186. Alterum autem, *διακόνου 'στ' οὐ τοῦ τυχόντος*, recte dictum videbit, qui *οὐχ ὁ τυχὼν* de eximio homine recte dici meminerit. Itaque illud idem est ac si dixisset *διακόνου ἐστὶ διαφέροντος.* — Vs. 11 sententia verborum est *τελείου μαγείρου ἑτέρα ἐστὶ διάθεσις.* — Vs. 14 *ἀλλὰ ἔμπροσθεν* B. — Vs. 15 mirifice a sensu loci aberrarunt interpretes. Multae sunt artes, inquit, quas percipere non licet nisi antea alias artes in subsidium vocaveris. Simillima vide apud Sosipatrum *Καταψευδ.* 15. — Vs. 15 verba *ζωγραφίας ἧφθαι* corrupta esse et metrum arguit et multo magis sententiae ratio. Falluntur enim interpretes qui *ζωγραφίαν*, quam poeta commemorat, hunc ad coquinariam artem necessariam statuisse existimant. Immo certissimum est mancum esse locum, et intercidisse eius artis memoriam, ad quam pictoria opus esse dixerat. Tum demum ad coquinariam redit, *ταὐτὰ καὶ μαγειρικῆς κτλ.* *ita etiam qui coquinariae arti operam daturus est, ei multae ante artes addiscendae*

sunt, astrologia, geometria, medica. Vere igitur Dindorfius vs. 14 ex pluribus versibus contractum videri statuit. — Vs. 15 pro ταὐτὰ BP habent ταῦτα. Recte Dindorfius suspicatur κατὰ ταὐτὰ olim scriptum fuisse. — Vs. 17 pro ὧν cod. B ὡς. Ibid. λαβεῖν PVL. λαλεῖν A. Quae si vera est lectio, non intellegitur cur non πρίν μοι poeta scripserit. Sed vereor ne hic etiam alia corrupta sint. — Vs. 18 γεωμετρικήν, ἰατρικήν ex mea emendatione (in notis mscr.) edidit Dindorfius. Aque hunc verum esse verborum ordinem, ut de metro taceam, etiam sequentia docent, in quibus illae artes eodem ordine recensentur. Vidit id nunc etiam Dobraeus Advers. II p. 314. Vulgo ἰατρικὴν γεωμετρικήν. — Vs. 19 τύχας pro τέχνας Erfurdtio praeeunte Observ. p. 462 restitui. Ineptum est quod Dobraeus coniecit τροφάς. — Vs. 20 libri εἴσῃ. Ibidem legendum videtur παρακολουθήσας. — Vs. 21 pro πότ' ἄωρος cod. B πόθωρος. Neque aliter ut puto cod. A. Fortasse igitur scribendum πόθ' ὥριός ἐσθ' ἕκαστος ἢ πότ' ἀώριος, verborum ordine haud paullo commodiore. — Vs. 25 τοὐπτάνιον pro τοὐπτάνειον vel τοὐπτανεῖον Casaubonus, qui de sensu loci haec annotavit: „Non hoc dicit coquus, e culinae totius ambitu locum „deligi, ubi omnia artis totius officia exerceantur, sed hoc „potius, culinam sic dividi a coquis solitam, ut singulis artis „suae partibus proprium locum assignent." — Vs. 29 οὗτος AC. οὕτως PVL. λάλει VL. λαλεῖς AP. λαλῇς C. — Vs. 32 ἔνι' ἔστιν ex mea emendatione edidit Dindorfius. Libri ἔνεστιν. Ibidem B δείπνω δέπας. P δειπνωδέπας. — Vs. 35 verba μεταφορὰ δ' ἐστὶν τέχνης praeeunte Iacobsio a sequentibus separavi. — Vs. 36 pro ἐμὸν Iacobsius tentabat ἔχον, sublata in fine versus distinctione. Mihi haec gravius corrupta videntur quam ut coniectura sanari possint. Ac fortasse versus excidit, ut ita oratio procedat: ἤδη τὸ μετὰ νοῦ καὶ τὸ συμμέτρως ἔχον | παρ' ἀρχιτεκτονικῆς διδάσκεται τέχνης. Quae inde a vs. 37 sequuntur in C ita contracta leguntur: ἔπειτα δεικνύει ὁ μάγειρος ὅτι καὶ τακτικῆς ἐστι τὸ εἰδέναι ἕκαστα ποῦ τεθήσεται. τὸ ἀριθμεῖν τὸ

πλῆθος, ἣν καὶ αὐτὴν δεῖ εἰδέναι τὸν μάγειρον. — Vs. 38 pro μαγειρικῆς Iacobsius λογιστικῆς, Grotius ἀριθμητικῆς. Utrumque Plato in Gorgia ita distinguit, ut ἀριθμητικὴ iactantiae hominis magis convenire videatur quam λογιστική. Itaque scribendum videtur εἰδέναριθμητικῆς. Vide vol. III p. 14. — Vs. 39 fortasse κἀγγραφήσεται, scil. in tabulas quibus coquorum nomina inscripta erant. — Vs. 41 ante Dindorfium μηθὲν ut vs. 39 οὐθείς. Clausulam eclogae comparare licet cum simillimo loco Sosipatri quem supra posui p. 484.

Ν Α Υ Μ Α Χ Ι Α.

Ἐργῶδές ἐστιν ἐν βίῳ βεβιωκότα
τοὺς τῶν φθονούντων πάντας ὀφθαλμοὺς λαθεῖν.

Stobaeus Flor. XXXVIII 10 cum lemmate ἐκ τοῦ Νικομάχου Ναυμαχίας. Pro verbis ἐν βίῳ βεβιωκότα aliud quod minus iners et languidum sit desidero. Suspicabar εὖ βίου τετυχηκότα, vel ἐργῶδες ἐν βίῳ 'στὶν εὐτυχηκότα, vel ἐστὶν ἐν βίῳ εὐτυχηκότα, quae crasis nihil offensionis haberet.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Οὐσίδιον γάρ καταλιπόντος μοι πατρός
οὕτω συνεστρογγύλικα κἀξεκόκκισα
ἐν μησὶν ὀλίγοις ὥσπερ ᾠόν τις ῥοφῶν.

Athenaeus II p. 58 a: ᾠῶν δὲ ῥοφητῶν μνημονεύει Νικόμαχος Οὐσίδιον γάρ κτλ. Vs. 1 οὐσίδιον BCDV. οὐσείδιον L. Ibidem libri μοι τοῦ πατρός. Correxit Iacobsius Addit. p. 48. — Vs. 2 nescio quo consilio diversa tempora coniuncta sint. Fortasse συνεστρογγύλισα vel συνεστρόγγυλα. Cfr Alexis Phaedr. II 4.

II.

Ὦ χαῖρε χρυσόκλυστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν.

Athenaeus XI p. 781 f: φησὶ πρός τινα Νικόμαχος Ὦ χαῖρε κτλ. Aberat χαῖρε, quod addendum esse monui Curis crit. p. 29. Tum χρυσόκλυστα scripsi pro χρυσοκλαῦστα cum Letronnio Dissert. de nomin. vas. graec. p. 56. Compellari videtur homo qui quae furatus est reddere cogitur. Aristoph. Acharn. 6: τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν. Equit. 1147: ἀναγκάσω πάλιν ἐξεμεῖν ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου. Quamquam χρυσόκλυστα καὶ χρυσοῦς ἐμεῖν etiam is dici potuit, qui divitias suas et auri acervos temere iactaret. Ita Diphilus Pict. II 21 dixit λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ δάνει' ἐρυγγάνων.

De aliis duobus fragmentis Nicomachi, sed quae ad tragicum potius referenda videntur, vide Hist. crit. p. 498.

PHILOSTEPHANUS.

(Hist. crit. p. 498)

Δ Η Λ Ι Ο Σ.

Εἰδώς σε πάντων διαφέροντα τῇ τέχνῃ
τῇ τ' ὀξύτητι μετὰ Θίβρωνα, Δαίδαλε,
τὸν ἐξ 'Αθηνῶν, τὸν καλούμενον Πέρας,
δοὺς μισθὸν ὅν μ' ᾔτησας ἥκω δεῦρ' ἄγων.

Athenaeus VII p. 293 a: *Φιλοστέφανος δ' ἐν Δηλίῳ καὶ ὀνόματα ἐνδόξων μαγείρων ἐν τοῖσδε καταλέγει Εἰδώς σε πάντων κτλ.* **Vs. 2 legebatur** *Θιμβρωνα.* **Correxit Gaisfordus ad Hephaest. p. 219. — Vs. 4** *ὅν μ' ᾔτησας* **Casaubonus pro** *ὅν ᾔτησας.*

P O L I O C H U S.

(Hist. crit. p. 498)

Κ Ο Ρ Ι Ν Θ Ι Α Σ Τ Η Σ.

Ὅπως σε πείσῃ μηδὲ εἷς, πρὸς τῶν θεῶν,
τοὺς βόακας, ἄν ποτ' ἔλθῃ, λευκομαινίδας καλεῖν.

Athenaeus VII p. 313 c: *καλοῦνται δέ τινες καὶ λευκομαινίδες, ἃς ἔνιοι βόακας ὀνομάζουσι. Πολίοχος Κορινθιαστῇ Ὅπως σε πείσῃ κτλ.* **De titulo fabulae conf. Hist. crit. p. 350.**

EX INCERTA FABULA.

Μεμαγμένην
μικρὰν μελαγχρῆ μᾶζαν ἠχυρωμένην
ἑκάτερος ἡμῶν εἶχε δὶς τῆς ἡμέρας
καὶ σῦκα βαιά, καὶ μύκης τις ἐνίοτ᾽ ἂν
ὠπτᾶτο, καὶ κοχλίας γενομένου ψακαδίου
ἠγρεύετ᾽ ἄν, καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων
θλαστή τ᾽ ἐλάα, καὶ πιεῖν οἰνάριον ἦν
ἀμφίβολον.

Athenaeus II p. 60 c: *Μύκαι. Ἀριστίας· μύκαισι δ᾽ ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον. Πολίοχος Μεμαγμένην κτλ.* Vs. 2 ad *μᾶζαν ἠχυρωμένην* cfr Antiphanes Inc. fab. p. 133 *μᾶζα κεχαρακωμένη ἀχύροις.* Ita *πηλὸν ἠχυρωμένον*, *lutum acerosum*, habes in titulo apud Müllerum Munim. Athen. p. 34. — Vs. 6 ante Brunckium legebatur *ἀνηγρεύετ᾽ ἄν.* — Vs. 7. De *θλαστῇ ἐλάᾳ* cfr Bergkium ad Aristophanis Fragm. p. 1112. Ibidem in fine addendum esse *ἦν*, quod vulgo in sequentis versus initio ponitur, monui ad Menandrum ed. mai. p. 180. Deminutiva in *αριον* exeuntia antepenultimam corripiunt *). *Ἀμφίβολον οἰνάριον* recte Schweighaeuserus interpretatur de vino ita debili ut dubites vinumne an aqua sit, aut ita acri ut pro aceto haberi possit.

*) *Ptisanarium* (*πτισανάριον*) tamen producit antepenultimam apud Horatium Serm. II 3 155.

SOSICRATES.

(Hist. crit. p. 498)

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

Ὅταν γάρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχίς,
ἀργός, λάβῃ δίκελλαν εἰωθὼς τρυφᾶν
πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Pollux IX 57: *ὅταν εἴπωσι πενταστάτηρον, πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, ὡς ἐν τῇ Σωσικράτους Παρακαταθήκῃ Ὅταν γάρ κτλ.* Idem IV 173: *δίκελλαν δὲ πενταστάτηρον Σωσικράτης ἐν Παρακαταθήκῃ τὴν πεντάλιτρον.* Vs. 2 libri *εἰδώς.* Correxit I. Scaliger de R. N. in Thesauro Antiqu. graec. IX p. 1508 d. Sed idem tertio versu male *πνίγεται* pro *γίγνεται.* V. ad Menandri fragm. ed. mai. p. 12.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ.

Λεπτὴ δὲ κυρτοῖς ἐγγελῶσα κύμασιν
αὔρα, κόρη Σκείρωνος, ἡσύχῳ ποδὶ
προσῆγε πράως καὶ καλῶς τὸν κάνθαρον.

Athenaeus XI p. 474 a: *Σωσικράτης δὲ ἐπὶ πλοίου* (voce *κάνθαρος* usus est) *Φιλαδέλφοις Λεπτὴ δὲ κυρτοῖς κτλ.* Suavissimi versus! Vs. 2 *κόρην Σκείρωνος* ventum dicit a Scironiis montibus flantem. Ibidem *ἥσυχον πόδα* de pede nautico seu velo intellego, ut apud incertum poetam

Plutarchi Mor. p. 813 b: *μικρὸν δὲ ποδὸς | χαλάσαι μεγάλη κύματος ἀλκῇ.* Cfr Servius ad Virgilii Aen. V 830: *pedem, hoc est funem, quo tenditur velum, quod Graeci πόδα vocant, ut est apud Pindarum et Aristophanem.* Respicit ad Equ. 406: *καὶ τοῦ ποδὸς παρίει.* Dele igitur Aristophanis fragm. inc. fab. 238.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακόν ἐσμεν ἐφ' ἑτέρων ἰδεῖν,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν οὐ γιγνώσκομεν.

Stobaeus Flor. XXIII 2 cum lemmate *Σωσικράτους.* Euripidi tribuit Antonius Mel. p. 349. Cfr Menandri *γνώμας μονοστ.* 46 et Matthiae Fragm. Eurip. p. 433. Vs. 1 Trincav. *ἑτέρους.*

II.

Athenaeus I p. 31 e: *Ἀμφίας δ' οἶνος ὁ φαῦλος καλεῖται παρὰ Σωσικράτει. Ἀμφίας* C. *ἄμφι* B. Suidas, *Ἀμφίας: μέτριος οἶνος. Νικόστρατος Οἰνοποιῷ καὶ Σωσικράτης.*

III.

Ὅταν ποθεῖν λέγῃ σε καὶ στέργειν γυνή,
φοβοῦ παρ' αὐτῆς πλεῖον' ὧν λέγει κακά.

Servavit Maximus Conf. p. 198. qui Socrati tribuit. Sosicrati vindicavi Hist. crit. p. 499.

THUGENIDES.

(Hist. crit. p. 499)

Δ Ι Κ Α Σ Τ Α Ι.

Photius Lex. p. 518 et Suidas III p. 500: *Τριαχθῆναι* λέγουσιν οἱ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα (Photius στοχάσαντα) νικηθῆναι, στάδιον, δίαυλον, δόλιχον. οὕτω Θουγενίδης ἐν Δικασταῖς. Eadem, sed omisso Thugenidis testimonio, habet Antiattic. p. 114 23. ubi post δίαυλον adde δόλιχον.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Ἤιτησεν εἰς ὀψώνιον τριώβολον.

Pollux VI 38: καὶ τόπος Ἀθήνησιν (adde ex cod. τὸ ὄψον, *forum piscarium*), ἀφ' οὗ φασιν „ἀπῆλθον εἰς τοὔψον." Κριτίας δὲ — τὸ ὀψωνεῖν καὶ ὀψονομεῖν ὠνόμασε. Θουκυδίδης (cod. Falck. Θουγενίδης) δὲ ἔφη Ἤιτησεν κτλ. Ita codices. Vulgo εἰς ὀψώνιον ᾔτησε τριώβολον. Cfr Piersonus ad Moerin p. 334.

II.

Photius Lex. p. 267 8. *Μὴ νόμισον*: ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Θουκυδίδης. Suidas Θαγενίδης h. e. Θουγενίδης, ut vidit Porsonus ad Hecub. 1166. Thugenidem respicit Antiattic. p. 107 30. Μὴ νόμισον: ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς.

Eadem syntaxi Sophocles *μὴ ψεῦσον ὦ Ζεῦ· μή μ' ἕλῃς ἄνευ δορός*, apud schol. Aristoph. Thesm. 877 et schol. Ven. Iliad. δ' 410.

III.

Zonaras II p. 1294. *Λειβήθριοι: ἔθνος μωρόν, ἀπὸ τόπου Λείβηθρα καλούμενον, ἐν ᾧ κατοικοῦσιν ἀνόητοι ἄνθρωποι. Θουκυδίδης Λειβηθρίων ἀνοητότεροι.* Recte Schaeferus apud Tittmannum in Addendis p. CXLVI correxit *Θουγενίδης*. De proverbio *Λειβηθρίων ἀνοητότεροι* sive *ἀμουσότεροι* vide Albertum ad Hesych. II p. 440 et Leutschium ad Zenob. I 79.

Denique fortasse etiam apud Suidam s. v. *ἀνέσπακεν* pro Thucydide Thugenidis nomen reponendum, ubi libri habent *Ἀνέσπακεν: Θουκυδίδης, ἀνεύρηκεν, εἴληφεν. Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ Πόθεν γάρ κτλ.*

TIMOSTRATUS.

(Hist. crit. p. 499)

ΑΣΩΤΟΣ.

Antiatticista p. 81 1. *Ἄχρι τοῦ νῦν: μετὰ ἄρθρου. Τιμόστρατος Ἀσώτῳ.*

ΠΑΝ.

Antiatticista p. 89 23. *Διὰ χειρὸς δανεῖσαι: Τιμόστρατος Πανί.*

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

Antiatticista p. 98 4. *Ζάγρα: λοιδορίας εἶδος. Τιμόστρατος Παρακαταθήκῃ τὰς βασάνους καὶ τὰς πληγὰς ζάγριον λέγει.* Photius Lex. p. 49 22. *Ζάγρα: λοιδορίας εἶδος. οὕτως Τιμόστρατος.* Pro *ζάγριον* fortasse rectius scribitur *ζατρεῖον.* Etymol. M. p. 402 12: *ζατρεύω, κυρίως τὸ ἐν μύλωνι βασανίζω, ἀπὸ τοῦ ζητρείου ὃ σημαίνει κατὰ Ἴωνας τὸ βασανιστήριον.* Forma *ζητρεῖον* vel *ζήτρειον* usus est Eupolis Fragm. inc. fab. XLVI et Theopompus inc. fab. I, 3.

ΦΙΛΟΔΕΣΠΟΤΗΣ.

Antiatticista p. 80 12. *Ἀφελοῦμαι: ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. Τιμόστρατος Φιλοδεσπότῃ.* Vide ad Platonis fragm. p. 615.

EX INCERTA FABULA.

Antiatticista p. 91 1. *Δυνάμεις: τὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα. Τιμόστρατος.* Cfr Schaeferus ad Gregorium Cor. p. 640. — De alio fragmento fortasse Timostrato vindicando vide Hist. crit. p. 500.

X E N O.

(Hist. crit. p. 500)

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

Dicaearchus Vit. Graec. p. 25 Buttm.: *τελωνῶν* (apud Oropios) *ἀνυπέρβλητος πλεονεξία ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένη — οἱ στίχοι Ξένωνος· Πάντες κτλ.* Attigit haec Boeckhius Oeconom. Att. I p. 342. Cfr H. Stephanus Thesauro Antiqu. graec. XI p. 17 E.

FRAGMENTA
COMICORUM ANONYMORUM.

FRAGMENTA
COMICORUM ANONYMORUM. *)

** I.

Πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις.

Aeschines c. Timarch. p. 301 Bekk.: *τοσοῦτον ἀπέχει τῶν αἰσχρῶν, ὥστε πρώην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολυττῷ καὶ Παρμένοντος τοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιστον, ἐν ᾧ ἦν εἶναί τινας πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις, οὐδεὶς ὑπελάμβανεν εἰς τὸ μειράκιον, ἀλλ' εἰς σέ.* **Homines qui muliebria paterentur *Timarchos* appellatos esse testatur Hesychius s. v.** *Δημοκλεῖδαι.*

II a.

Καλὸν δὲ τὸ ζῆν, ἂν τις ὡς δεῖ ζῆν μάθῃ.

Alexander de fig. in Walzii Rhet. gr. VIII p. 479. *περὶ ἀντιμεταθέσεως: ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρώμενοι πλεονάκις ἕτερα σημαίνομεν, ὡς ἔχει τὸ „ὡς χαρίεν ἐστ' ἄνθρωπος ὅστ' ἄνθρωπος ᾖ." καί „Καλὸν δὲ τὸ ζῆν ἂν τις ὡς δεῖ ζῆν μάθῃ."* **De primo horum versuum dixi ad Menandri monost. 562. Alterum adscripsi ut edidit eum Walzius ex cod. Par. 2. Quamquam quum Aldus pro** *ᾖ καὶ καλὸν δὲ* **exhibeat** *δικαίως,* **versum ita potius**

*) Asterisci fragmentorum numeris additi aetatem auctoris indicant, ita quidem ut unus antiquam, duo mediam vel novam comoediam indicent; quibus nihil additum est, eorum incerta aetas est.

scribendum suspicor: *ὡς [ἡδὺ] τὸ ζῆν, ἄν τις ὡς δεῖ ζῆν μάθῃ.* Ita Menander Philadelph. V p. 220: *ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνῃ τις ἄν.* Possis etiam: *ὡς [τοῦτο] τὸ ζῆν ἄν τις ὡς δεῖ ζῆν μάθῃ,* ut Menander fragm. inc. fab. CCLVII p. 290: *τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.* Quod Walzius edidit *καλὸν δέ* vix dubito quin interpolatori debeatur. Ad sententiam simile est Philemonis dictum inc. fab. XLII p. 49: *τί ζῆν ὄφελος ᾧ μή 'στι τὸ ζῆν εἰδέναι;*

** II b.

Δᾶος πάρεστι τί ποτ' ἀγγελῶν ἄρα;

Ammonius ad Aristot. Bekk. p. 96 19: *πέμπτον δέ τι πρὸς τούτοις εἶναί φασι τὸ ἐπαπορητικόν· Δᾶος πάρεστι κτλ.* Eundem versum servavit schol. Hermogenis apud Bekkerum Anecd. p. 1179 (Walzii Rhet. VII p. 4), ubi locus ita scribitur: *Δᾶός ποτ' ἦλθε τί ποτ' ἀγγέλλων ἄρα.* Cod. Mon. *τί ποτε ἀγγέλων.* Pro *τί* quod Spengelius reponi voluit *τινά*, a comicorum sermone abhorret. Fortasse scribendum *ἐπαγγελῶν, indicturus*, quod non ineptum est, si Davus procacis et nasutuli servi partes sustinuit. Menandro versum tribuebat Schneidewinus Coniect. p. 119. Et sane frequens apud hunc erat Davi servi memoria. Vide Menandri fragm. p. 333. Certe ad novam comoediam referendus est.

III.

Οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τέχνης ἐπίσταμαι.

Κατέπεσον ἀκαρὴς τῷ δέει.

Ammonius differ. voc. p. 10: *'Ακαρὴς σὺν τῷ σ καὶ ἀκαρῆ ἄνευ τοῦ σ διαφέρει. ἀκαρῆ μὲν γὰρ ἄνευ τοῦ σ σημαίνει τὸ βραχύ, οἷον Οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τύχης ἐπίσταμαι. ἀκαρὴς δὲ σημαίνει τὸ παρὰ βραχὺ ὄν* (fort. *ὤν*). *Κατέπεσον ἀκαρὴς τῷ δέει.* De hoc usu adiectivi *ἀκαρής* vide vol III p. 449 *). Versu primo pro *τύχης* scripsi *τέχνης*

*) Quem ibi tractavi Alexidis locum apud Athen. XII p. 552 e. eum nunc ita corrigo: *κακῶς ἔχεις, ὦ Στρούθι'· ἀκαρὴς νὴ Δία πεφιλιππίδωσαι.*

Hist. crit. p. 101 nescius tum idem fecisse Schaeferum ad Dionys. C. V. p. 61 et ante Schaeferum iam Piersonum ad Moer. p. 44. Pro *οὐδ' ὅσον* possis *οὐ γὰρ ὅσον* vel *οὐδ' ὅσον ἄρ'*.

** IV.

Γήμαντος αὐτοῦ δ' εὐθὺς ἔσομ' ἐλεύθερος.
Ὡς τοῦτο δ' εἶδεν, εὐθὺς ἦν ἄνω κάτω.

Ammonius differ. voc. p. 63: *οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐνίοτε τὸ εὐθὺ ἐτίθεσαν τὸ ἐφ' ὁδοῦ τῆς τεινούσης ἐπί τινος τόπου· εὐθὺ τῆς στοᾶς, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. τὸ δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οὐ λέγεται, ἀλλ' εὐθύς, οἷον Γήμαντος κτλ. καὶ Ὡς τοῦτο δ' εἶδεν κτλ.* Altero versu fortasse legendum *τἄνω*. Reliqua duo exempla *εὐθὺ τῆς στοᾶς* et *εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων* et ipsa ex comicis poetis ducta sunt; et alterum quidem Eupolidis est, cuius vide fragm. p. 550.

V.

Ἀλλὰ θῦε τὰς κέδρους.

Ammonius differ. voc. p. 81: *κέδρος θηλυκῶς μὲν τὸ δένδρον, οὐδετέρως δὲ ὁ κάρπος. Ἀλλὰ θῦε τὰς κέδρους.* Eadem Etymol. M. p. 498 42. Fortasse ad eundem hunc locum referendum hoc Phrynichi App. soph. p. 42 19: *καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τὸ θῦσαι ἀντὶ τοῦ θυμιᾶσαι.* Cfr Porphyrius Abstin. anim. II 59.

** VI.

Καὶ περιβόητον πᾶσιν ἀνθρώποις ποιεῖ
αὐτὸν ὁ Κράτης, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
ἥττων ἑαυτοῦ πορνιδίῳ τοισαθλίῳ
ἑαυτὸν οὕτω παραδέδωκεν.

Ammonius diff. voc. p. 42: *διαβόητος ὁ ἐπ' ἀρετῇ πολυθρύλητος, περιβόητος δὲ ὁ ἐπὶ κακίᾳ· Καὶ περιβόητον κτλ.* Priora vulgo ita eduntur: *καὶ περιβόητον πᾶσιν ἀνθρώποις αὐτὸν παραδίδωσιν ὁ ἀκρατής,* in quibus *παραδι-*

δωσιν Ald omittit. Correxit Porsonus apud Dobraeum ad Aristoph. Nub. 993. Praeterea forsan artculus ὁ delendus.

VII.

Χρηστου δίδαγμ' εὐηθίας
καὶ φιλανθρώπου λογισμοῦ.

Antiatticista p. 91 26. Εὐήθης: ὁ ἀγαθός. — Χρηστοῦ δίδαγμ' εὐηθίας κτλ. Ita Bekkerus. Codex χριστοῦ — εὐηθείας — λογισμός.

** VIII.

Δεῖ δ' οἶμαι γαμεῖν
τὸν ἐπιμελῆσαι δυνατόν, οἰκονομεῖν ὄχλον
πλείω. τὸν ἀμελῆ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντα δέ
σχολῆς, ἵν' ἔχων οἰκονόμον ἀδεῶς περιπατῇ.

Antipater Stobaei Flor. LXVII 25: Ὅσῳ γὰρ μᾶλλον αὐτὸς ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀπέστραπται, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν διαδεξομένην διοίκησιν παραληπτέον καὶ περὶ τὰ ἀναγκαῖα ἑαυτῷ ἀπερίσπαστον. οὐ κακῶς καὶ ὁ κωμικὸς ἐπιτέμνει σχολαστής Δεῖ δ' οἶμαι — ὄχλον πλείω. ἐπιφωνήσας τὸν ἀμελῆ κτλ. Ita haec edidit Gaisfordus. Vulgo enim vs. 1 ἀεὶ οἶμαι, quod δεῖ δ' οἶμαι scribendum esse viderunt Tyrwhittus et Valckenarius. Nec tamen locus persanatus est. Nam neque ἐπιμελεῖν graece dicitur pro ἐπιμελεῖσθαι, nec alter infinitivus, οἰκονομεῖν, unde pendeat intellegitur. Praeterea ineptum est in Antipatri verbis ὁ κωμικὸς σχολαστής. Quo modo sanandus locus sit ostendunt codd. Paris. qui post σχολαστὴς addunt ἐστίν, unde haec emergit emendatio: οὐ κακῶς καὶ ὁ κωμικὸς ἐπιτέμνει·

Α. Σχολαστής ἐστι· δεῖ δ' οἶμαι γαμεῖν
τὸν ἐπιμελῆ καὶ δυνατὸν οἰκονομεῖν ὄχλον
πλείω. Β. τὸν ἀμελῆ μᾶλλον, ἐπιθυμοῦντα δέ
σχολῆς, ἵν' ἔχων οἰκονόμον ἀδεῶς περιπατῇ.

Apertum est de filii matrimonio agi inter parentes eius sive inter patrem et patruum aliosve cognatos. Horum alter

otium amare adolescentem dicit; matrimonium autem non iniri debere nisi ab homine diligente et attento: ad quae alter respondet *τὸν ἀμελῆ μᾶλλον* etc. Ad *ἐπιμελὴς* eo quo hic legitur sensu confer Xenophont. Memor. II 6 38. ubi *οἰκονομικὸς καὶ ἐπιμελὴς* tanquam synonyma coniunguntur.

** IX.

Τὴν ἀξίαν ἔδει γαμεῖν τὸν ἄξιον.

Aristoteles Rhet. III 11: *δεῖ δ' ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸν πρὸς ὃν λέγεται ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι, εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθὲς καὶ μὴ ἐπιπόλαιον· ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν, οἷον „ἀποθνήσκειν δεῖ μηθὲν ἁμαρτάνοντα." ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον. „τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον." ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον.* Prius exemplum spectat ad Anaxandridis versum, quem exhibui in huius fragmentis p. 201. Eidem auctori fortasse etiam alter versus tribuendus est, in quo scripsi *ἔδει* pro *δεῖ*.

** X. XI.

Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ.

Ὥσπερ σέλινον οὖλα τὰ σκέλη φορεῖν.

Aristoteles Rhet. III 11: *τὸ δὲ ὥσπερ τὸ καὶ τό, ὑπερβολὴ τῇ λέξει διαφέρουσα. „ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ." ᾠήθης δ' ἂν αὐτὸν Φιλάμμωνα εἶναι μαχόμενον τῷ κωρύκῳ. „ὥσπερ σέλινον οὖλα τὰ σκέλη φορεῖν." ᾠήθης δ' ἂν οὐ σκέλη ἀλλὰ σέλινα ἔχειν οὕτως οὖλα. εἰσὶ δὲ ὑπερβολαὶ μειρακιώδεις. σφοδρότητα γὰρ δηλοῦσιν.* Iisdem versibus paullo supra usus est. In primo versu *κώρυκον* intellege follem pugilatorium, de quo praeter ea quae ad Timoclis fragm. p. 610 attuli vide Philostratum de A. G. p. 18. Philammo rixosi hominis nomen fuisse videtur. Cum hoc igitur comparat pugilem cum folle quasi altercantem.

** XII.

Οὐκ ἂν γένοιο μᾶλλον ἢ σε δεῖ ξένος ξένος.

Aristoteles Rhet. III 11: *καὶ „οὐκ ἂν — ξενός." ἢ οὐ*

μᾶλλον ἢ σὲ δεῖ, τὸ αὐτό. καὶ „οὐ δεῖ τὸν ξένον ξένον ἀεὶ εἶναι." ἀλλότριον γὰρ καὶ τοῦτο. Grotius Excerptis p. 923 haec ita: εἰ δ' εἶ ξένος | οὐκ ἂν γένοιο μᾶλλον ἤ σε δεῖ ξένος. Non expedio.

** XIII.

Ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον.

Aristoteles Soph. elench. § 4: ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος διηρημένος καὶ συγκείμενος οὐκ ἀεὶ ταυτὸ σημαίνειν ἂν δόξειεν, οἷον Ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον. καὶ τὸ Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς. Ex Aristotele habet Theo Progymn. III p. 36. Fuerunt, in his ipse Porsonus Misc. p. 304. qui Menandri versum ex Andria petitum esse putarent propter Terentium I, 1, 10: *feci e servo ut esses libertus mihi.* Sed vide quae dixi ad Menandrum p. 22 ed. mai. Alterum amphiboliae exemplum ab Aristotele commemoratum:

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς,

unde petitum sit, mihi incompertum est. Fortasse cyclici carminis versus est. Colorem ex eo duxisse videtur Archilochus de Coerano apud Plutarchum p. 984 f. (Schneidew. Delect. poet. p. 194):

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν λίπε Κοίρανον ἤπιος Ποσειδῶν.

** XIV.

Aristoteles de gener. anim. V 5: καὶ εὖ δὴ οἱ ποιηταὶ ἐν ταῖς κωμῳδίαις μεταφέρουσι σκώπτοντες τὰς πολιὰς καλοῦντες γήρως εὐρῶτα καὶ πάχνην.

* XV.

Τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει.

Athenaeus I p. 20 b: προσέτι τε τὴν λαμπροτάτην — ἀναφαίνει, τὰς Ἀθήνας λέγω.

** XVI.

Ὁ Μνησίθεος δ' ἔφη τὸν οἶνον τοὺς θεοὺς
θνητοῖς καταδεῖξαι τοῖς μὲν ὀρθῶς χρωμένοις

ἀγαθὸν μέγιστον, τοῖς δ' ἀτάκτως τοὔμπαλιν·
τροφήν τε γὰρ δίδωσι τοῖσι χρωμένοις,
ἰσχύν τε ταῖς ψυχαῖσι καὶ τοῖς σώμασιν.
εἰς τὴν ἰατρικήν τε χρησιμώτατον·
καὶ τοῖς ποτοῖς γὰρ φαρμάκοις κεράννυται,
καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν ὠφέλημ' ἔχει,
ἐν ταῖς συνουσίαις τε ταῖς καθ' ἡμέραν
τοῖς μὲν μέτριον πίνουσι καὶ κεκραμένον
εὐθυμίαν, ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν,
ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ, μανίαν ποιεῖ,
ἐὰν δ' ἄκρατον, παράλυσιν τῶν σωμάτων.

Servavit Athenaeus II p. 36 a. Alexidi haec assignavit Schweighaeuserus. Vide quae vol. III p. 482 dixi. Vs. 1 legebatur Μνησίθεος δὲ ἔφη, omisso articulo. — Vs. 4 τοῖς BE. — Vs. 8 ὠφέλειαν B. ὠφελείαν E. Dindorfius coniicit ὠφελίαν. — Vs. 11 post εὐθυμίαν libri addunt φέρει, quod delendum esse vidit Iacobsius Animadv. ad Anthol. graec. I p. 327. postea etiam Porsonus apud Dobraeum ad Aristoph. Vesp. 97. Ex sequentibus nonnulla attulit Eustathius ad Hom. p. 1624 34. Quae post vs. 13 apud Athenaeum subiiciuntur verba a Dindorfio ita descripta:

διὸ καὶ καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον πανταχοῦ
ἰατρόν· ἡ δὲ Πυθία
εἴρηκέ τισι Διόνυσον ὑγιάτην καλεῖν,

ea non dubito quin epitomatoris verba sint, non autem poetae, qui si haec de Baccho praedicare voluit, ea post vs. 8 inferre debuit. Quod metri quandam speciem verba illa referunt, ei non multum tribuo.

** XVII.

'Αλλὰ ξενῶνας οἶγε καὶ ῥᾶνον δόμους,
στρώννυ τε κοίτας καὶ πυρὸς φλέξον μένος,
κρατῆρά τ' αἶρου καὶ τὸν ἥδιστον κέρα.

Servavit Athenaeus II p. 48 a. ubi proxime Anaxandridis locus praecedit.

XVIII.

Οὔτ' ἀλφίτοισι χαίρομεν·
πλήρης γὰρ ἄρτων ἡ πόλις.

Athenaeus III p. 113 a: *ταῦτα σιτία Κρονικά ἐστιν, ὦ ἑταῖροι, ἡμεῖς γὰρ οὔτ' ἀλφίτοισι κτλ.* Poetae haec verba esse vidit Dindorfius. Recte forsan Dobraeus Adv. II p. 300 *ἡμεῖς γὰρ οὐκέτ' ἀλφίτοισι.* Idem haec cum Antiphanis fragmento apud Athen. IV p. 158 d. componit.

XIX a.

Μέλη πάραυλα κἀκρότητα κύμβαλα.

Athenaeus IV p. 164 e: *ὑπὸ τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας κολάβρους ἀναγινώσκει καὶ Μέλη πάραυλα κτλ.* Cratini hunc versum esse nescio unde resciverit Valckenarius ad Theocriti Adon. p. 225 a. ceterum recte absona carmina et cymbala dissonos sonos edentia perstringi intellegens. Idem ad eundem hunc versum refert quamvis corruptam glossam Hesychii, *Ἀκρότητα: πολυκρότητα αὐτοῖς* (fort. *αὐλοῖς*) *γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν.*

XIX b.

Γαστέρας
αὐταῖσι μήτραις καὶ καλῶν ζωμῶν πλέας.

Athenaeus VIII p. 376 d: *καὶ τῶν ᾠῶν τὰ χρυσᾶ, ἔτι δὲ ὀρνίθων γαστέρας αὐταῖσι κτλ.* Ante *γαστέρας* fortasse addendum *ὀρνιθίων δέ.*

XX a.

Athenaeus VIII p. 352 e: *τοιαῦτα γὰρ συνέγραψεν, ὡς εἶναι κατὰ τὸν κωμῳδοποιὸν θαύματα μώροις.* Videtur proverbialiter dictum fuisse. Diogenes Cynicus teste Diogene Laert. VI 24 *τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μώροις ἔλεγε.*

** XX b.

Πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι
τοὐφήμερον ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν
τὸ μηδέν ἐστι καὶ σκιὰ κατὰ χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαυρέσθαι χρεών.

Athenaeus VIII p. 336 b: *καὶ ἄλλος δέ τίς φησι τῷ Σαρδαναπάλλῳ παραπλήσιος ὑποτιθέμενος καὶ οὗτος τοῖς μὴ σωφρονοῦσι τοιάδε Πᾶσιν δὲ θνητοῖς κτλ.* Vs. 2 Casaubonus *τοὐφ' ἡμέραν.* — Vs. 3 *ἐπαυρέσθαι* BPV. *ἐπαύρεσθαι* L.

** XXI a.

Athenaeus VIII p. 408 a: *ἐκ τούτων δῆλόν ἐστιν ὅτι ὁ Τηλέμαχος κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος ἦγε Πυανέψια πορδὴν ἑορτήν.* Probabile est in his latere versum comici:

κυάμων χύτρας σιτούμενος Πυανέψια
πορδὴν ἑορτὴν ἦγε.

Sive malis omisso *Πυανέψια*, quod Athenaeus de suo addidisse videri potest,

κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος
πορδὴν (πορδῶν?) ἑορτὴν ἦγε.

** XXI b.

Γυμνὴν ἐποίησε τὴν Ἀθηνᾶν Λαχάρης
οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν.

Athenaeus IX p. 405 e. allato Demetrii loco (supra p. 539) sic pergit: *γυμνὴν ἐποίησεν Ἀθηνᾶν Λαχάρης οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν· σὲ δ' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ, ὁ Αἰμιλιανὸς ἔφη, εἰ μὴ δείξεις ὅ τι φέρεις.* Poetae verba in his latere vidit Dindorfius, qui scribebat *γυμνὴν ἐποίησεν δ' Ἀθηνᾶν.* Ego articulum addidi. De Lachare qui Minervam pallio spoliaverat vide Wyttenbachium ad Plutarchum de S. N. V. p. 71.

** XXII — XXVI.

Ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν ὁ φέρων τἀγαθά.
Ἀγαθὸς ἂν εἴη χὠ φέρων καλῶς κακά.

Εὐκαταφρόνητός ἐστι πενία, Λερκύλε.
Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε.
Ἡ τῶν φίλων σοι πίστις ἔστω κεκριμένη.

Servavit Athenaeus X p. 458 a. qui attulit haec in exemplis versuum ab eadem littera incipientium et in eandem litteram exeuntium. Vs. 2 pro *κακὰ* videtur *καλὰ* legendum esse. Cui coniecturae fidem facit particula *καὶ* in *χὠ φέρων*. — Vs. 3 malim *εὐκαταφρόνητον*, ut dixit Menander Agric. II: *εὐκαταφρόνητόν ἐστι Γοργία πένης*, et Lucianus Tim. I p. 145: *εὐκαταφρόνητον ἡ πενία*. — Vs. 4 *διάπλεκε* antepenultima correpta ferri non potest. Fort. scribendum *τὸν βίον Δίων πλέκε*. V. Euphron supra p. 490: *ὦ Ζεῦ τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχύν, πλέκειν ἀλύπως τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς;* Vel *τὸν βίον παῖ διάπλεκε*.

* XXVII a.

Ἀλλ' Ἀλκιβιάδην τὸν ἅβρον, ὦ γῆ καὶ θεοί,
ὃν ἡ Λακεδαίμων μοιχὸν ἐπιθυμεῖ λαβεῖν.

Athenaeus XIII p. 570 d. Alcibiades *ὁ καλός, ἐφ' οὗ τις τῶν κωμικῶν ἔφη Ἀλλ' Ἀλκιβιάδην κτλ. Ἀλλ'* a Porsono additum.

** XXVII b.

Περιφέρειν ματτύην καὶ ποδάριον,
καὶ γαστρίον τακερόν τι καὶ μήτρας ἴσως.

Athenaeus XIV p. 664 c: *ἄλλος δέ τις ἔφη Περιφέρειν κτλ.* Vs. 1 addidi *καί*. V. ad Menandrum ed. mai. p. 181.

XXVII c.

Bekkeri Anecd. p. 331 12. *Ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται: χαριεστάτη ἡ σύνταξις καὶ ἱκανῶς πεπαισμένη κατὰ τὴν κωμῳδίαν.*

* XXVII d.

Γλῶττάν τέ σοι
δίδωσιν ἐν δήμῳ φορεῖν

καλῶν λόγων ἀείνων,
ἢ πάντα κινήσεις λέγων.

Bekkeri Anecd. p. 347 7: *Ἀείνως γλῶττα καὶ ἀείνως φωνὴ καὶ ὀργὴ καὶ ἐπιθυμία, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων χρῶ· Γλῶττάν τέ σοι κτλ.* Locus e systemate iambico dimetro petitus est. Adiectivo *ἀείνως* ex atticis poetis usus est Aristophanes Ran. 146. Vs. 4 fortasse *νικήσεις*. V. Valcken. Diatr. p. 261.

XXVII e.

Κᾆτ᾽ ἀπερρώγειν ὁ πούς.

Bekkeri Anecd. p. 422 4. *Ἀπέρρωγεν: οὐκ ἀπέρρηκται. καὶ ἀπερρώγει, καὶ σὺν τῷ ν ἀπερρώγειν, τὸ τρίτον πρόσωπον· Κᾆτ᾽ ἀπερρώγειν ὁ πούς.*

XXVIII.

Κυψέλην δ᾽ ἔχεις
ἄπλατον ἐν τοῖς ὠσίν.

Bekkeri Anecd. p. 425 7. *Ἄπλετον: ἄπειρον. λέγεται δὲ καὶ ἄπλατον, ὡς τὸ Κυψέλην δ᾽ ἔχεις κτλ.* De *ἄπλατος* dixit Piersonus ad Moerin p. 24. sed ut diversa confuderit; nec cavit sibi ab erroribus Elmsleius ad Euripidis Med. p. 106 Oxon. De dictione *κυψέλην ἐν ὠσὶν ἔχειν* cfr vol. II p. 515.

** XXIX.

Ἀπόδυθι ταχέως, Πάμφιλ᾽, ἡμέτερος ὁ πλοῦς.

Bekkeri Anecd. p. 427 25. *Ἀποδῦσαι: μᾶλλον δ᾽ ἀπόδυθι ταχέως . . . Παμφίλη, ἡμέτερος ὁ πλοῦς.* Hanc glossam mira diversitate Ruhnkenius Supplem. ad Hesychium I p. 1706 ita scriptam profert: *Ἀποθευσόμεθα: ἀποδραμούμεθα. μάλιστα ἐπὶ πλοῦ λέγεται. Ἀποθευσόμεθα ταχέως Παμφίλη, ἡμέτερος πλοῦς.* Scribe *Ἀπόδυσαι: μᾶλλον δ᾽ ἀπόδυθι. Ἀπόδυθι ταχέως, Πάμφιλ᾽, ἡμέτερος ὁ πλοῦς.* V. quae dixi vol. III p. 491. *Ἀποδῦναι* sensu translato pro *ἐπιχειρεῖν* habes etiam apud Photium in explicatione proverbii *ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν* p. 61 in.: *ἐπὶ*

τῶν ἀποδύντων μὲν (adde ἐπὶ) πρᾶγμα στραγγευσαμένων δέ.

XXX.

Bekkeri Anecd. p. 1200: Σκίραψ, Σκίραφος. ἔστι δὲ ὄνομα κύριον παρὰ τοῖς κωμικοῖς εὑρισκόμενον.

** XXXI.

Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν
οὕτως ὅμοιον γέγονεν.

Cicero Epist. ad Att. IV 8 „de Trebonio prorsus tibi assentior; de Domitio, σύκῳ — γέγονεν, quam est ista παρίστασις nostrae."

** XXXII.

Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.

Cicero Epist. ad Att. IV 11 „οὐδὲν — εἰδέναι, quare ut homini curioso ita perscribe ad me." Addidi ἐστιν. Cfr Themist. XXI p. 262 c.

XXXIII.

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεοπρόπε;

Cicero Epist. ad Att. XV 11 „hoc dempto munere amoris atque officii, sequebatur ut mecum ipse Ἡ δεῦρ' ὁδός κτλ. Eodem versu utitur l. l. XVI 6.

XXXIV.

Clemens Alex. Paed. II p. 61 Sylb.: ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅθεν ἡ εὐπρόσωπος ἐρρύη τῶν δείπνων προσηγορία, ἀπὸ τῶν φαρύγγων καὶ φοιτητῆς μανίας ἐπιδείπνων, κατὰ τὸν κωμικόν. ἔστι γὰρ ἀληθῶς τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖς τοῦ δείπνου χάριν. Attigi haec ad Cratinum p. 39. ubi operarum errore excidit μανίας. Pro ἐπιδείπνων (ita enim apud Sylb. legitur) Sylburgius in annotatione ἐπὶ δεῖπνον. Non expedio locum. Pro φαρύγγων scribendum φαρύγων. Quae his subiicit Clemens fortasse itidem ex comico poeta ducta sunt:

Ἔστι γὰρ
τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖσι τοῦ δείπνου χάριν.

** XXXV.

Ὧν ἐστι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη,

βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος.

Clemens Alex. Paed. II p. 67 10 Sylb.: μακαριστὸν ἡγοῦνται βίον τὴν ἀκρασίαν τὴν περὶ τὰ συμπόσια Ὧν ἐστι τὸ ζῆν κτλ. Vs. 1 vulgo post οὐδὲν ἄλλ' additur ἢ κῶμος, quod delevi. Marklandus Explic. vett. auct. p. 258 scribebat: οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη, | κῶμος, βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, | πότος.

XXXVI.

Μιλησία

Σμάραγδος, ἐμπόλημα τιμηέστατον.

Clemens Alex. Paed. II p. 89 Sylb.: ἀμέθυσοι καὶ κεραυνῖται καὶ ἰάσπιδες καὶ τοπάζιον ἤτε Μιλησία σμάραγδος, ἐμπόλημα τιμηέστατον. Poetae locum hic latere certum, comici an tragici sit, incertum.

XXXVII.

Καὶ μαστίχην τρώγοντες, ὄζοντες μύρου.

Clemens Alex. Paed. III p. 45 Sylb.: κουρὰς ἀγεννεῖς καὶ πορνικὰς ἀποκειράμενοι· χλανίσι δὲ διαφανέσι περιπεπεμμένοι καὶ μαστίχην κτλ. Si illa etiam χλανίσι δὲ δ. π. comici sunt, pro διαφανέσι possis δὴ φαναῖσι. Attigit locum Dobraeus ad Aristoph. Plut. 159. sed nihil medelae attulit.

XXXVIII.

Τὸ δ' ὅλον οὐκ ἐπίσταμαι

ἐγὼ ψιθυρίζειν, οὐδὲ κατακεκλασμένος

πλάγιον ποιήσας τὸν τράχηλον περιπατεῖν,

ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ κιναίδους ἐνθάδε

πολλοὺς ἐν ἄστει καὶ πεπιττοκοπημένους.

Clemens Alex. Paed. III p. 108 Sylb.: ἔχοι δ' ἂν ἐκεῖνο ἄριστα τὸ εἰρημένον Τὸ δ' ὅλον κτλ. Vs. 2. Clemens Paed.

III p. 99 de cinaedis: *κιχλίζοντες καὶ ψιθυρίζοντες καὶ τὸ πορνικὸν ἀνέδην εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες.* — Vs. 3 *πλάγιον ποιήσας τὸν τράχηλον.* Hoc effeminatorum erat. Polemo Physiogn. I p. 176: *κλάσις τοῦ τραχήλου ἀνδρόγυνον δηλοῖ.* Dio Chrysost. IV p. 177: *λευκὸς ἰδεῖν, τρυφερός, αἰθρίας καὶ πόνων ἄπειρος, ἀποκλίνων τὸν τράχηλον, ὑγροῖς τοῖς ὄμμασι μάχλον ὑποβλέπων.* Idem V p. 196: *ἐπιδεικνύειν δὲ τὰ στήθη καὶ τοὺς μαστοὺς καὶ τὸν τράχηλον ἀνακλῶσαν.* Idem XXXIII p. 25: *τὸ τὰ ὄμματα ἀναστρέφειν, τὸ ἐγκλίνειν τὸν τράχηλον.* Idem LXII p. 323: *τὸν τράχηλον ἀποκλίνων, ὑπὸ δὲ ἀργίας καὶ σκιᾶς λευκός.* Archippus comicus vol. II p. 728 de Alcibiadis filio: *κλασαυχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.* Post quintum versum fortasse superius fragmentum addendum: *καὶ μαστίχην τρώγοντας, ὄζοντας μύρου.*

XXXIX.

Clemens Alex. Paed. III p. 108 Sylb.: *τὸ γὰρ ἁβροδίαιτον τῆς περὶ τὸν περίπατον κινήσεως, καὶ τὸ σαῦλα βαίνειν, ὥς φησιν Ἀνακρέων, κομιδῇ ἑταιρικά, ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται.* (*καὶ*) *ἡ κωμῳδία φησὶν* *τὰ ἴχνη τὰ ἑταιρικὰ ὥραν ἀπολείπειν καὶ τρυφήν.* In his pro *ἀπολείπειν* scribendum suspicor *ἀπολείβειν.* Versuum reliquiae fortasse ita conformandae sunt:

τὰ δ' ἑταιρικὰ
ἴχνη . . . ὥραν ἀπολείβει καὶ τρυφήν.

Sed videndum ne *τὰ ἑταιρικὰ* Clemens de suo addiderit, comicus autem de certa quadam meretrice luxu et deliciis diffluente non nisi haec dixerit, *ἴχνη δ' ὥραν ἀπολείβει καὶ τρυφήν.*

** XL.

Ἂν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον,
κἂν μηδὲν ἄλλ' ἔχων διατράγῃ θύλακον,
ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἂν ἀφ' ἑσπέρας
ᾄσῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖόν τινες.

Clemens Alex. Strom. VII p. 302 Sylb.: *εἰκότως οὖν δεισιδαίμονες περὶ τοὺς εὐοργήτους γινόμενοι πάντα σημεῖα ἡγοῦνται εἶναι τὰ συμβαίνοντα καὶ κακῶν αἴτια. Ἐὰν μῦς διορύξῃ κτλ.* Indicavit locum Porsonus ad Euripidis Med. 139 n. XI. Vs. 1 vulgo *ἐάν*. Porsonus *ἤν*. Scripsi *ἄν*, quum non dubium sit quin ex novae comoediae poeta locus depromptus sit. — Vs. 2 vulgo *ληκύθιον*. Recte Porsonus *θύλακον* ex Bionis dicto apud Clementem l. l. *τί δὲ θαυμαστὸν εἰ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ τι φάγοι*, quod habet etiam Theodoretus vol. IV p. 853 Schulz. — Vs. 3 vulgo *ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας*.

XLI.

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένος
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Clemens Alex. Strom. VII p. 305 Sylb.: *ἐπεὶ τίς ὧδε μωρός, κατὰ τὴν ποιητικὴν χάριν, καὶ λίαν ἀνειμένος κτλ.* Eadem apposuit Porphyrius Abstin. anim. II 58 et ex Porphyrio, ut ipse disertim testatur, Cyrillus c. Iul. IX p. 306 e. Dolendum est nullum horum scriptorum auctoris nomen addidisse. Menandro locum assignabat I. H. Vossius Epist. mythol. II 40. At dictio nihil habet coloris Menandrei. Tragico potius quam comico poetae tribuenda censebat Gatakerus ad Antonin. X 8. Si comici poetae sunt, novae vel mediae comoediae auctori tribuerim. Vs. 1 Porphyrius *μῶρος*. Ibid. *ἀνειμένως* Grotius Excerptis p. 923. quod probandum videtur. — Vs. 2 pro *εὔπιστος* malim *εὔπειστος*, de quo vide Lobeckium ad Aiac. 151. Tum Cyrillus *ἐλπίζῃ*. — Vs. 3 *χολῆς πυρουμένης*. De fellis usu in sacrificiis vide Sophoclem Antig. 997 et Menandrum Dysc. II 6. Adde Eubuli fragm. ex Semele II 3: *οὐκ ἐσθίω γλυκεῖαν οὐδὲ μηρία.* Ita enim

haec nunc corrigo, in quibus *γλυκεῖαν* de felle interpretor, de quo usu vide Lobeckium Aglaoph. p 878. Cfr Helladius apud Photium Bibl. cod. 279 p. 535 8 Atticos *κατ' ἀντίφρασιν* dixisse referens *τὸ ὄξος μέλι καὶ τὴν χολὴν γλυκεῖαν*. Caelius Aurelianus de morbis chron. III 1: *multa enim contrariae interpretationis vocabulum sumpserunt, ut fella, quae Graeci γλυκέα, velut dulcia, cum sint amarissima.* Plinius H. N. XXVII 10: *holoosteon — herba ex adverso appellata a Graecis, sicut fel dulce.* — Vs. 5 Clemens *ἀπάτῃ*. Porphyrius et Cyrillus *ἅπαντας*. Grotius *ἀπαρχῇ*. Melius Porsonus ad Eurip. Hec. 41 *ἀπαρχαῖς*, quod sequutus sum, quamquam fortasse ne noc quidem verum est. Quae apud Clementem versui quinto subiiciuntur verba *καὶ χάριν τούτων τοῖς δρῶσιν ἐκτίνειν*, ea Clementis verba sunt, non poetae, cui ea attribuebat Grotius ita immutata: *χάριν τε τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν.*

** XLI. XLII.

Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας.
Βασιλεῖς ἐγένοντο χοἰ πρὶν ὄντες αἰπόλοι.

Dio Cassius H. R. LX 29: *τοὺς μέντοι ἀλλοτρίους ἀπελευθέρους ὁ Κλαύδιος εἴ που κακουργοῦντας λάβοι δεινῶς τιμωρῶν τοῖς ἰδίοις οὕτω προσέκειτο, ὥσθ' ὑποκριτοῦ τινος ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ τοῦτο δὴ τὸ θρυλούμενον εἰπόντος Ἀφόρητος — μαστιγίας, καὶ τοῦ τε δήμου παντὸς ἐς Πολύβιον τὸν ἀπελεύθερον αὐτοῦ ἀποβλέψαντος, καὶ ἐκείνου ἐκβοήσαντος ὅτι ὁ αὐτὸς μέντοι ποιητὴς εἶπεν ὅτι Βασιλεῖς — αἰπόλοι, οὐδὲν δεινὸν αὐτὸν εἰργάσατο.* Horum versuum primum etiam alibi me legere memini. Ceterum etiam ex his intellegitur graecas comoedias Romae in theatris actas esse, qua de re vide supra p. 95.

XLIII.

Crameri Anecd. Oxon. I p. 31 16: *ἀπὸ τούτου εἴρηται καὶ τὸ νυστάζειν· παρὰ δὲ τὸ νυστάζειν τὸ Νύσταλον γερόντιον.* Male apud Etymol. M. p. 609 38 una voce

νυσταλογερόντιον. Cfr Aristoph. Equ. 42: *δῆμος πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον,*.

XLIII b.

Ἀμέλει ταδί μοι πρῶτον ἀμπίσχου λαβών.

Crameri Anecd. Ox. I p. 66 27: *εὕρηται δὲ καὶ ἐν συνθέσει τὸ πι ἔχουσα (ἡ ἀμφὶ) παρὰ Ἀττικοῖς· ἀμπεχόνη, ἀμπίσχουσα* (leg. *ἀμπίσχου*)· *Ἀμέλει ταδί μοι πρῶτ' ἀμπίσχου λαβών.* Corrige ut supra adscripsi. De *ἀμπίσχειν* v. Elmsleium ad Eurip. Med. p. 129.

XLIV.

Crameri Anecd. Ox. I p. 176 16: *ἢ παρὰ τὸ πετῶ, ἔνθεν τὸ πέσημα καὶ πεσεῖν. Τί βούλομαι τραγικὸν καταπέσημα.* Non expedio. — Ibid. p. 372 29: *πονηρός, ὁ κατὰ ψυχὴν ὀξυτόνως, ὁ δὲ κατὰ σῶμα προπαροξυτόνως — οἱ μέντοι νεώτεροι τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ γλισχρότεροι διαλύσαντες τὸ ὄνομα πονηροὺς ἐξήνεγκαν τοὺς ἐρῶντας παρὰ τὸ πονεῖν ἐν τῷ ἐρᾶν.*

XLV. XLVI.

Crameri Anecd. Ox. I p. 191 27 de formatione dualis secundae coniugationis: *καὶ οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ α χρῶνται. φοιτάτην* (leg. *ἐφοιτάτην*) *πότ' ἐς διδασκάλου. καὶ πάλιν τὼ δ' οὐκ ἐβοάτην· ἔσπων, ἔσπας· ἐσπάτην γνάθον εὔχρηστον.*

** XLVII.

Σύγγνωθί μοι καὶ μὴ χαλεφθῇς ὦ πάτερ.

Grammaticus de soloecismo in Museo philol. Cantabr. II p. 113: *χαλεφθῇς ἀπὸ τοῦ χαλέπτω Σύγγνωθί μοι κτλ.* Editur *χαλεφῇς*, correctum a Schneidewino Coniect. p. 117. Menandro locum tribuebat Cramerus.

* XLVIII.

Δῆμος ἄστατον κακόν
καὶ θαλάττῃ πάνθ' ὅμοιον ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται,

καὶ γαληνὸς ἔντ' ἠχῷ πρὸς πνεῦμα βραχὺ κορύσσεται,
κἄν τις αἰτία γένηται τὸν πολίτην κατέπιεν.

Dio Chrysost. Or. XXXII p. 664 ed. Reisk.: *Ὁμήρου τε καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν ὑμνούντων ἀεὶ τὸν ὄχλον ὡς χαλεπόν τε καὶ ἀπειθῆ καὶ πρὸς ὕβριν ἕτοιμον· τοῦ μὲν οὕτω λέγοντος Κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης, ἑτέρου δὲ πάλιν αὖ Δῆμος ἄστατον κακόν κτλ.* Vs. 2 legebatur *θαλάσσῃ.* — Vs. 3 ed. Ven. *ἐντ' ἠχῶν*, in quo *ἐντυχὼν* latere videri possit. Sed non expedio. Tum *πρὸς* scripsi pro *πᾶν* cum Reiskio. Ibid. reliqui *κορύσσεται*, quae vox cum mere poetica sit, non videtur in *κορύττεται* mutanda esse. — Vs. 4 legebatur *κἢν*.

XLIX.

Δέσποινα πόλεων, πότνι' Ἀθηναίων πόλις,
ὡς δὴ καλόν σου φαίνεται τὸ νεώριον,
ὡς καλὸς ὁ Παρθενών, καλὸς δ' ὁ Πειραιεύς.
ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ' ἔσχ' ἄλλη πόλις;
καὶ τοὐρανοῦ γ' ὥς φασιν ἔστιν ἐν καλῷ.

Dio Chrysost. LXIV p. 334 ed. Reisk.: *Δέσποινα πόλεων, πότνι' Ἀθηναίων πόλις. μὴ λέγε ἄνθρωπε· οὐκέτ' εἰσὶν ἐκεῖνοι δεσπόται. ὡς δὴ καλόν σου φαίνεται τὸ νεώριον. ἀλλὰ μεθ' Ἑλλήσποντον καὶ Λύσανδρον αἰσχρόν. καλὸς δ' ὁ Πειραιεύς. ἔτι δὲ μετὰ τῶν τειχῶν αὐτὸν βλέπεις; ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ' ἔσχ' ἄλλη πόλις; εἶχε μέν, δῃωθεῖσα δὲ ὡς ἐπὶ συμφοραῖς γυνὴ ἀπεκείρατο. καὶ τοὐρανοῦ γ' ὥς φασιν ἔστιν ἐν καλῷ· καὶ πῶς, οἵγε λιμώττουσι καὶ νοσοῦσι, καὶ τὸ πλέον αὐτῶν ἀπόλλυται μέρος ὑπὸ τῶν ἀέρων ἢ τῶν πολεμίων;* Ita haec acutissime restituit Porsonus apud Gaisfordum ad Hephaest. p. 216 et redditis emendationum rationibus in Miscell. crit. p. 228. Vs. 1 vulgo editur *δέσποινα δ' ἁπασῶν, πόλεων πότνια Ἀθηναίων πόλι.* At possis etiam *δέσποιν' ἁπασῶν, πότνι' Ἀθηναίων πόλις.* Bergkius Comment. p. 244 tentabat *δέ-*

σποινα δεσποτῶν Ἀθηναίων πόλι, credo propter interposita Dionis verba *οὐκέτ' εἰσὶν ἐκεῖνοι δεσπόται.* — Vs. 2 vulgo *ὡς καὶ καλόν.* Correxit Valckenarius Callim. eleg. p. 24. Alius voluit *ὡς πάγκαλον.* — Vs. 3 verba *καλός γ' ὁ Παρθενών*, quae Dio utpote suo consilio non apta omisit, addidit Porsonus ex Diogene Laert. VII 67 in definitionibus Stoicorum rhetoricis: *ὅμοιον δέ ἐστιν ἀξιώματι* *) *ὃ τὴν ἐκφορὰν ἔχον ἀξιωματικὴν παρά τινος μορίου πλεονασμὸν ἢ πάθος ἔξω πίπτει τοῦ γένους τῶν ἀξιωμάτων, οἷον „καλὸς γ' ὁ Παρθενών." „Ὡς Πριαμίδῃ 'στὶν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος."* Scripsi autem non quod Porsonus fecit *καλός γ' ὁ Παρθενών*, sed *ὡς καλὸς ὁ Παρθενών.* Ita enim haec verba scripta affert Syrianus apud Spengelium Synt. rhet. p. 209. (Walzii Rhet. vol. VII p. 4): *οἱ δὲ στωικοὶ προστιθέασι τούτοις* (Peripateticorum partitionibus orationis) *καὶ ἄλλους ἕξ· πυσματικὸν καὶ ἐπαπορητικὸν — εἶτα θαυμαστικόν· ὡς καλὸς ὁ παρθενών.* — Vs. 4 *ἅλση* ed. Ven. *ἄλση* sequiores. In fine *πόλις* addidit Porsonus, voce *γυνὴ* quae vulgo post *ἄλλη* legitur detrusa post *συμφοραῖς.* — Vs. 5 *γ' ὥς φασι* pro *πῶς φασι* Reiskius reponendum vidit. Atque ita etiam Valckenarius. De attici aeris salubritate ipse Dio Orat. VI p. 197: *εἶναι γὰρ τὴν χώραν ἀραιὰν καὶ τὸν ἀέρα κοῦφον, ὡς μήτε ὕεσθαι πολλάκις μήτε ὑπομένειν τὸ πινόμενον* (fort. *γινόμενον*) *ὕδωρ.* Euripides Erechtheo Fragm. p. 172: *εἶτ' εἰ πάρεργον χρή τι κομπάσαι μ' ἄναξ, οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον, ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.* Ita enim scribendus videtur hic locus, quem ex altera huius fabulae editione petitum esse suspicor.

---

*) Post *ἀξιώματι* addendum videtur *πρᾶγμά τι.* Et aegre neges si integrum locum attente legas. Causa erroris aperta est. Similiter apud Euripidem Erechth. XVII 3 inter *δυσγενέστερον* et *ἐγὼ* excidisse suspicor *λέγω*, apud eundem Troad. 832 Seidl. *πυρὸς* ante *πυρός* (in antistr. scrib. *ἴβας ἴβας τῷ τοξοφόρῳ* cum libris), denique apud Polybium VI 47 *σκηνικοὺς* vel *θυμελικοὺς* ante *ἢ ἀθλητικούς.*

** L.

Τὸν νομοθέτην φασὶν Χαρώνδαν ἔν τινι
νομοθεσίᾳ τά τ' ἄλλα καὶ ταυτὶ λέγειν·
ὁ παισὶν αὑτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων
μήτ' εὐδοκιμείσθω μήτε μετεχέτω λόγου
παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς ἐπείσακτον κακόν
κατὰ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων πεπορισμένος.
εἴτ' ἐπέτυχες γάρ, φησί, γήμας τὸ πρότερον,
εὐημερῶν κατάπαυσον· εἴτ' οὐκ ἐπέτυχες,
μανικὸν τὸ πεῖραν δευτέρας λαβεῖν πάλιν.

Diodorus Sic. XII 15 de Charondae lege, ne quis noveram liberis suis superduceret, agens. Vs. 2 ταυτὶ Bentleius Diss. de legg. Char. p. 362 ed. Lips. Libri ταῦτα. — Vs. 3 μητρυιὰν penultima brevi dixit, quod notatu non indignum. — Vs. 8 parum aptum et h. l. ne graecum quidem mihi videtur κατάπαυσον, pro quo vide ne κατάλυσον scribendum sit. V. supra ad Phoenicidis fab. inc. vs. 3 p. 512. — Vs. 9 πεῖραν Bentleius. Libri πείρας.

** LI.

Οὐριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν
καὶ ψευδαλάζοσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων
ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν.

Diogenes Laert. II 108: τῆς δὲ Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, τόν τε ψευδόμενον — καὶ σωρίτην καὶ κερατίνην καὶ φάλακρον. περὶ τούτου φησί τις τῶν κωμικῶν Οὐριστικός κτλ. Vs. 1 vulgatum ὁ ὑβριστικὸς ex Suida III p. 264 et cod. emendatum est. — Vs. 3 Diogenes ῥωβοστωμυλήθραν. Suidas ῥομβοστωμυλήθραν, quod quum pariter atque id quod Diogenes habet metro adversetur, ῥωποπερπερήθραν, i. e. *eloquentiam vanam et futiliter loquacem*, restitui duce Plutarcho V. Demosth. cap. IX: τῶν δὲ κωμι-

κῶν ὁ μέν τις αὐτὸν (Demosthenem) *ἀποκαλεῖ ῥωποπερπερήθραν.* Qui non dubium est quin eiusdem poetae locum in animo habuerit, sed *ῥωποπερπερήθρα* male pro nomine masculini generis habuit. De *πέρπερος* ad eloquentiam translato v. Fabricium ad Sextum adv. Grammat. p. 227.

LII.

Diogenes Laert. VI 93 de Cratete Thebano agens: *πρὸς Ἀλέξανδρον πυθόμενον εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, ἔφη, Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν κατασκάψει·*

ἔχειν δὲ πατρίδα δεῖ
ἀδοξίαν πενίαν τ' ἀνάλωτα τῇ τύχῃ.

καὶ Διογένους

εἶναι πολίτης, ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

Ita haec edidit Hübnerus ex correctione Hermanni. Vulgo *ἔχειν δὲ πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν ἀνάλωτα τῇ τύχῃ*, in quo codd. *καὶ* omittunt. Mihi omnia illa *ἔχειν δὲ πατρίδα* usque ad *φθόνῳ* ad unam *ῥῆσιν* coniungenda et in hunc modum scribenda videntur:

ἔχειν δὲ πατρίδ' ἀδοξίαν [ἐπαξιῶ]
πενίαν τ', ἀνάλωτα τῇ τύχῃ, καὶ Διογένους
εἶναι πολίτης, ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

Et excidisse verbum quale est *ἐπαξιῶ*, *volo*, docet nominativus *πολίτης*. Quamquam possis etiam *θέλω* supplere, ut initium versus omissum sit. Probabilius tamen est post *ἀδοξίαν* excidisse *ἐπαξιῶ*. Ceterum versus illi fortasse ipsius sunt Cratetis.

LIII.

Ὡς Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος.

Diogenes VII 67 in definitionibus rhetoricis: *ὅμοιον δέ ἐστιν ἀξιώματι [πρᾶγμά τι] ὃ τὴν ἐκφορὰν ἔχον ἀξιωματικὴν παρά τινος μορίου πλεονασμὸν ἢ πάθος ἔξω πίπτει τοῦ γένους τῶν ἀξιωμάτων, οἷον „καλός γ' ὁ παρθενών." „Ὡς Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος."* Attigi haec supra

ad Fragm. XLIX. Pro *Πριαμίδησιν* scribendum videtur *Πριαμίδη 'στίν*. Comparatur nescio quis bubulcus cum Paride, Priami filio.

** LIV. LV.

Εἶτα φίλ', ὃς ἔχεις γυναῖκα σχοινίων πωλουμένων;
Πάμφιλος γαμεῖ; γαμείτω· καὶ γάρ ἠδίκησέ με.

Donatus ad Terentii Adelph. I, 1, 18: *Romani scilicet qui coelibem quasi coelitem dicunt; et item Graeci, apud quos sunt huiusmodt sententiae: εἶτα φίλος σχοινίων πωλουμένων. Et alibi: Γαμεῖ Πάμφιλος γαμείτω γαμεῖ κτλ.* Utrumque correxit Porsonus Miscell. p. 304 ad primum versum comparans Iuven. VI 30: *ferre potes dominam salvis tot restibus ullam?* et Alexidis versum: *πλεῖς τὴν θάλατταν σχοινίων πωλουμένων;*

LVI.

Draco Straton. p. 35 21: *τὰ δὲ δι' ἑαυτῶν (μακροπαραληκτοῦντα) τὰ τοιαῦτα, ψιλός, χιλός, χυλός, δαλός· οὕτως ὁ βαθμὸς καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Δᾶλος* quo pacto *βαθμὸν* significare possit non video.

LVII.

Ὁ δ' ἀγοράζει κλεῖδ' ἔχων.

Draco Straton. p. 21 26: *τινὲς δὲ ἐκτείνουσι τὸ α. Ὁ δ' ἀγοράζει κλεῖδ' ἔχων, τουτέστιν ἐν ἀγορᾷ διατρίβει.* Eadem Herodianus Hermanni p. 307. Fortasse Diphili locus est, cuius vide Fragm. p. 378.

LVIII.

Ἵνα μὴ τὸ γῆρας ἐπαναβὰν αὐτὸν λάθῃ.

Draco Straton. p. 29 14: *Βὰν βαντός, συνεσταλμένως. — ποιητικῶς γὰρ ἐκτέταται· Ἵνα μὴ τὸ γῆρας ἐπαναβὰν αὐτὸν λάθῃ.* Eadem iterum p. 85 9. Vereor ne grammaticus vitiosa lectione deceptus in *ἐπαναβὰν* ultimam produci statuerit. Poeta fortasse scripserat *σαυτόν.*

LIX.

Ἀπεψίαν πέπονθ᾽ ἐν ἐξ ἀπληστίας.

Etymol. Gud. p. 303 3. *Καταπέψῃ: ἐκ τοῦ πέπτω τὸ δαπανῶ καὶ μαγειρεύω — πέψωμαι, ἐὰν πέψῃ. Ἀπεψίαν κτλ.*

LX.

Ἁβροείμονές τε καὶ κατηγλαϊσμένοι.

Etymol. M. p. 4 15: *Ἁβροείμονες] ἁβροείμονες κτλ. λαμπροφόροι, ἁπαλοφόροι. ἁβρὸν γὰρ τὸ λαμπρὸν καὶ κοῦφον καὶ τρυφερόν.*

LXI.

Κἂν αἰγέρων ἔφυσαν εὐγενέστεραι.

Etymol. M. p. 28 39: *Αἴγειρος διὰ τῆς ει διφθόγγου. εὕρηται γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ ι, ὡς τό Καὶ αἰγέρων ἔφυσαν εὐγενέστεραι, ἤτοι εὐθαλέστεραι καὶ εὐθρεπτότεραι.* Pro *καὶ* scripsi *κἂν*. Intellego haec de puellis gracilibus et proceris. Formam *αἴγερος* aliunde non cognitam habeo. Comici poetae versum esse pro certo non affirmaverim.

LXII.

Ναστοὺς τροφαλίδας ἀμφιφῶντας ἴτρια.

Etymol. M. p. 94 55. *Ἀμφιφῶν: εἶδος πλακοῦντος τελουμένου τῇ Ἀρτέμιδι. οἷον Ναστούς κτλ.* Vulgo *μαστούς*, quod correxit Sylburgius.

LXIII.

Μοχθηρὸς ὢν καὶ τὴν γνώμην ἀχερδούσιος.

Etymol. M. p. 181 3. *Ἄχερδος: ἡ ἀγρία ἄπιος. — οἷον Μοχθηρὸς ὢν καὶ τὴν γνώμην ἀχερδούσιος, ἀντὶ τοῦ σκληρός.* Vide ad Eupolin p. 349. Pro *τὴν γνώμην* fortasse *τὸν τρόπον* scribendum.

LXIV.

Etymol. M. p. 192 17. *Βαυκίδες: ὑποδήματα Ἰωνικὰ πολυτελῆ. — καὶ βαυκίζεσθαι τὸ θρύπτεσθαι. καὶ βαῦ τὸ κατακοιμίζειν· κατεβαυκάλισέ με, φησὶν ὁ κωμικός.*

LXV.

Τὸν βδόλον δ' οὐκ ἔστιν ἥτις
ῥὶς ὑποστῆναι δύναιτ' ἄν.

Etymol. M. p. 192 40. *Βδόλος: ἡ δυσωδία τοῦ λύχνου, καὶ ἡ πορδή. Τὸν βδόλον οὐκ ἔσθ' ἥ τις ῥὶς ὑποστῆναι δύναται.* Corrige ut supra.

LXVI.

Ὕδωρ δὲ πίνει τὸν δὲ Βίβλινον στυγεῖ.

Etymol. M. p. 197 13. *Βίβλινος οἶνος: οἷον Ὕδωρ δὲ πίνει τὸν δὲ Βίβλινον στυγεῖ, ἀπὸ Βιβλίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου.* Fortasse haec de resipiscente Cratino dicuntur. Vide fragm. Cratini Pytin. p. 123.

LXVII.

Τῇ κλίμακι
διαστρέφονται κατὰ μέλη στρεβλούμενοι.

Etymol. M. p. 200 56: *κλῖμαξ δέ ἐστιν εἶδος ὀργάνου βασανιστικόν· οἷον Τῇ κλίμακι διαστρέφονται οἷον τὰ μέλη στρεβλούμενοι.* Corrige ut supra adscripsi.

LXVIII.

Etymol. M. p. 243 18: *ἡ αἰτιατικὴ τὴν γυνήν* (pro *τὴν γυναῖκα*), *οἷον Ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν. καὶ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν Ἀλλ' ὁρῶ τὰς γυνάς.* Possis *ἀλλ' ὁρῶ 'γὼ τὰς γυνάς.* V. Pherecrat. p. 296.

** LXIX.

Etymol. M. p. 262 38: *δεῖπνον ὁ καιρὸς τῆς τροφῆς, καὶ ἡ ἐν τοιῷδε καιρῷ διδομένη τροφή. οἱ δὲ κωμικοὶ οἱ νεώτεροι συγχέουσι τὸν καιρόν, ἑσπερινὴν τροφὴν δεῖπνον ὀνομάζοντες.*

* LXX.

Etymol. M. p. 311 44. *Ἐγκυσίχωλος: παρὰ τὸν κῦσον, ὁ ἀπὸ τοῦ κύσου χωλὸς καὶ ἀπὸ τῆς κοτύλης. κῦσον γὰρ εἰώθασιν οἱ κωμικοὶ καὶ τὸν πρωκτὸν καλεῖν, περὶ ὃν ἡ κοτύλη.*

LXXI.

῞Οστις τῆς ὁδοῦ
ἡγήσεταί σοι τὴν ἐπιτάξ.

Etymol. M. p. 365 25: Ἐπιτὰξ παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπίρρημα παρὰ τὸν ἐπιτάξω μέλλοντα. εἰς δὲ τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν εὗρον τὴν λέξιν σημαίνειν συντόμως, κωμικῶς ῞Οστις — ἐπιτάξ. οὐχ ὡς οἱ τραγικοὶ μακρῶς. Haec corrupta sunt. Tragicos hoc adverbio usos esse non credibile est.

LXXII.

Ὦ Ζεῦ γενέσθαι τῆσδέ μ' ἐξάντην νόσου.

Etymol. M. p. 346 42. Ἐξάντης: ἐξεστηκώς, μαινόμενος. ἢ ἀβλαβὴς ἢ ὑγιής, ὁ ἔξω ἄτης. οἷον Ὦ Ζεῦ κτλ. Fortasse tragicus versus est.

LXXIII a.

Κἄγωγ' ἂν ἔζην καὶ σὺ τὸν λοιπὸν χρόνον.

Etymol. M. p. 413 8: καὶ ἔζην· Κἄγωγ' ἂν — χρόνον. ὤφειλεν εἶναι ἔζων. Haec male vulgo coniunguntur cum articulo ζωπυρεῖν. Apertum est ante καὶ ἔζην excidisse aliquid, a quo novus articulus incipiebat.

* LXXIII b.

Etymol. M. p. 529 39: κατὰ κόρρης λέγεται τὸ τὴν σιαγόνα πλῆξαι. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἅπασαν τὴν τῆς κεφαλῆς πληγήν. κόρσην γὰρ τὴν κεφαλὴν λέγεσθαι. Recte haec ad Eratosthenis libros de comoedia rettulit Bernhardius Eratosth. p. 233.

LXXIV. LXXV.

Συνεπίνομέν τε καὶ συνεκοτταβίζομεν.
Τῶν κοτταβίων τὰ πολλὰ ἡμέτερα ἦν.

Etymol. M. p. 533 13. Κοτταβίζω: Συνεπίνομέν τε καὶ συνεκοτταβίζομεν. καί Τῶν κοτταβίων (Gud. κοτταβιῶν) τὰ πολλὰ ἡμέτερα ἦν. κοτταβίζειν τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαί φασιν Ἀττικοί, οὐχὶ τὸ ἐμεῖν ὥσπερ οἱ νῦν. V. Hist. crit.

p. 201. Alterum versum non expedio; ac fortasse scriptoris prosaici verba sunt.

LXXVI a.

Etymol. M. p. 548 39. *Κυρτονεφέλη: ἑταίρα οὕτως ἐκαλεῖτο διὰ τὸ μέλαν ἔχειν τὸ ἐφήβαιον. διὸ καὶ ἐν ταῖς συνουσίαις οὐκ ἀνεκαλύπτετο. Ὦρος.* Itaque *κύρτος*, *cavea*, ad muliebrem partem translatum est? Alioqui possis suspicari *κυσθονεφέλη*. Sed vereor ne nomen illud male interpretatus sit Orus.

LXXVI b.

Ἔχων μὲν ἐν τῇ χειρὶ μῶλυ.

Etymol. M. p. 592 44. *Μῶλυ: εἶδος βοτάνης — ἔχων μὲν ἐν τῇ χειρὶ μῶλυ. ἀντιφάρμακον γὰρ δέδοται.*

LXXVII.

Περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα.

Etymol. M. p. 677 37: *Πνιγεὺς — σημαίνει τὸν κρίβανον καὶ τὸν φιμὸν τῶν ὑποζυγίων, τοῦ μὲν προτέρου τὸν οὐρανὸν λέγοντος, Ὡς ἔστιν πνιγεὺς* (Aristoph. Nub. 98) *τοῦ δὲ δευτέρου Περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα, ἀντὶ τοῦ τὸν φιμόν.*

** LXXVIII.

Ἧς χωρὶς οὐδὲν σεμνὸν ἐξευρίσκεται.

Eudocia p. 295 ex Phurnuto de N. D. 14: *εἰς τὴν ἐρημίαν ἀναχωρεῖν οἱ φιλοσοφοῦντες, ἧς χωρὶς οὐδὲν σεμνὸν εὑρίσκεται, κατὰ τὸν κωμικόν.* Lege *ἐξευρίσκεται*. Convenit Menandreum illud p. 82: *εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες,* ubi vide quae annotavi in ed. mai. p. 20.

* LXXIX.

Ἄρξαντος ἀνδρὸς δημόσια τὰ χρήματα.

Eunapius in Excerptis Maii vol. II p. 294: *πᾶσαι γοῦν οἰκίαι πρὸς τοῦτον ἐκενοῦντο ἂν τὸν δόλον, καὶ ῥᾷστα ἦν ὁρᾶν τοὺς ἄρξαντας δεδεκασμένους. ὥσπερ που καὶ ὁ κωμικός φησιν Ἄρξαντος κτλ.*

* LXXX.

Eustathius p. 206 27: *Βλεπεδαίμων ὁ διεστραμμένος τὰς ὄψεις καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πεπληγώς. Πανσανίας δὲ προστίθησι καὶ ὅτι τοὺς Σωκρατικοὺς οὕτως ἔλεγον.* Hoc Socraticorum convicium antiquae comoediae poeta dignissimum est.

LXXXI.

Eustathius p. 211 in. *παρὰ τοῖς παλαιοῖς ῥήτορσι* (i. e. in lexicis rhetoricis) *καὶ ἀρχολίπαρος ὁ λιπαρῶν, φασίν, ἵνα ἀρχῆς τύχῃ, ὁ καὶ ἀρχογλυπτάδης, ἤγουν ὡσπερεὶ γλύφων τὰς ἀρχάς.* Patronymicorum, quale est *ἀρχογλυπτάδης*, multa exempla composuit Lobeckius ad Sophoclis Aiac. 880. Cfr ad Cratin. p. 22. Nunc addo ex Eustathio p. 1309 *λογοσυλλεκτάδης* (a lexicographis omissum) et si recte coniicio *μυττίδης* ex Hesychio, *Μυττίδανος: ἀπόπληκτος*, pro quo scribendum videtur *Μυττιδ. ανος*, i. e. *Μυττίδης: ἄνθρωπος ἀπόπληκτος.*

LXXXII.

Eustathius p. 228 40: *ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς στρουθοῦ καὶ στρουθίζειν τὸ εὐτελῶς πως ᾄδειν, δηλοῖ καὶ ὁ κωμικός.* Eadem repetit p. 1411 15.

** LXXXIII.

Ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην ἔχων.

Eustathius p. 236 32 de figura *σολοικοφανεῖ* agens: *ὅμοιον δὲ καὶ τό Ἐξὸν — ἔχειν, ἀντὶ τοῦ ἔχοντα.* Eundem versum affert schol. Eurip. Phoen. 481 et oratione suae immiscuit Charito IV p. 76. ubi legitur *τήν τε ἐρωμένην ἔχειν.* V. Valcken. ad Eurip. locum.

LXXXIV.

Μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις.

Eustathius p. 279 39 ex Aristophane grammatico: *τὴν γέρων γέροντος γενικὴν ἀναγαγόντες* (Aetoli) *εἰς εὐθεῖαν γράφουσιν οὕτως „Μιλασίοις καὶ ταῖς συναρχίαις καὶ τοῖς γερόντοις" — τὸ δ' αὐτό φησι φαίνεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ*

παθήματος, *ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις*. Non dubito quin comici poetae versus sit, qui illa Aetolum hominem dicentem induxerat. Respicit haec iterum Eustathius p. 1761 35: *παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς τὸ τοῖς γέρουσι γερόντοις φράζεται, οἷον Μιλασίοις καὶ ταῖς συναρχίαις καὶ τοῖς γερόντοις, καὶ τὸ παθήμασι παθημάτοις*. Eiusdem commatis est quod idem p. 677 23 affert *μηλάτων* pro *μήλων*. Cfr Lobeckius Paralip. p. 176. De *καταγελᾶν* similibusque tertio casu coniunctis v. Lobeckium ad Sophoclis Aiac. 151.

LXXXV.

Eustathius p. 565 31: *ἰστέον καὶ ὅτι κωμῳδίας ἴδιον* *π α π π ί ζ ε ι ν* *διὰ τοῦ ι τὸ καθ' Ὅμηρον παππάζειν*.

LXXXVI.

Eustathius p. 537 39: *παρὰ τὸ δέον ἀνελεύθερος, καὶ κατὰ παλαιὸν κωμῳδίαν* *φ ε ι δ ό ς*, *ἤγουν φειδωλὸς δαπάνης, ὁ Πάνδαρος*. Idem p. 1828 12: *καὶ* *φ ε ι δ ό ς*, *ἤγουν φειδωλός, διὰ τὸ φείδεσθαι πολλῶν*.

LXXXVII.

Eustathius p. 584 28: *ξ υ λ ο κ ύ μ β η* *τὸ σκῶμμα, λεγόμενον ἐπὶ γυναικῶν, αἷς οὔτε κάλλος ἐπανθεῖ οὔτε σύμμετρον μέγεθος*.

LXXXVIII.

Eustathius p. 725 32: *φέρει δὲ καὶ* (auctor lexici rhetorici) *ἀπὸ χρήσεως τοῦ κωμικοῦ τὸ* *π α λ ί μ β ο λ ο ς* *τ ρ ί π ρ α τ ο ς* *καὶ πολλάκις ἀπημπολημένος*. Sed haec fortasse rectius ad Menandrum referuntur, quem vide p. 201.

LXXXIX.

Δυοῖν γυναικοῖν εἷς ἀνὴρ οὐ στέργεται.

Eustathius p. 802 34: *λέγει δὲ τὸ αὐτὸ λεξικὸν καὶ ὅτι τὸ δυοῖν καὶ ἐπὶ δοτικῆς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, οἷον Δυοῖν γυναικοῖν κτλ.*

XC.

Eustathius p. 804 47 de compositis cum *φορεῖν* agens: *καὶ τὸ διαφορεῖν τό τε παρὰ τοῖς ἰατροῖς καὶ τὸ κωμικόν.* Apud medicos quid sit *διαφορεῖν* docuit Budaeus Comment. L. G. s. v. *διαφορεῖν.* Cfr Foesius Lex. Hipp. p. 161 et Caelius Aurel. de Morb. acut. I 15 p. 55. Comici dixisse videntur eo sensu quo apud Aristoph. Av. 355 *ἵν' ὑπὸ τούτων διαφορηθῶ.* Ac fortasse hunc unum locum in mente habuit Eustathius. Vide tamen Anonym. de Comoedia Fragm. Com. vol. II p. 1237. ubi *διαφορουμένοις* ambiguo sensu ex comico poeta affertur.

XCI.

Eustathius p. 882 25: *καὶ Μόλος ὁμώνυμος τῷ Μόλῳ Ἄκτορι* (fortasse *τῷ Μόλῳ τῷ Ἄκτορος* vel *τῷ Ἄκτορος*, omisso *Μόλῳ*) *ὁ τοῦ Μηριόνου πατήρ, καὶ Μόλωνες οἱ παρὰ τῷ κωμικῷ, ὅ τε ἥρως καὶ ὁ σκωπτόμενος.* Molonem quendam propter corporis exilitatem ridet Aristophanes Ran. 55. Itaque Molonis herois memoria fortasse itidem ad Aristophanem spectat. Quis autem sit ille Molon heros nescio. Num forte nobilem athletam dicit?

XCII.

Οὗτοι δ' ἀφεστήκασι πλεῖν ἢ δύο δόχμα.

Eustathius p. 1401 23 ex Aelio Dionysio: *Δόχμη τὸ τετραδάκτυλον· Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνει· ὡς δηλοῖ ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Οὗτος — δοχμά. Ἐν μέντοι, φησί, τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις ὀξεῖα ἐπίκειται τῇ πρώτῃ συλλαβῇ.* Vide de hoc versu ad Cratini fragm. inc. LXXXVII.

XCIII. XCIV.

Νέα δ' ἔτ' ἐστίν, οὐχ ὁρᾷς; καὶ γνῶμ' ἔχει.

Τὸ γνῶμα γοῦν βέβληκεν ὡς οὖσ' ἑπτέτης.

Eustathius p. 1404 61 ex Aristophane grammatico: *ἔνιοι τὸν ῥηθέντα ὀδόντα οὐ γνώμονα καλοῦσιν, ἀλλὰ γνῶμα, οἷον Νέα δ' ἔτ' ἐστίν, οὐχ ὁρᾷς; καὶ γνῶμα ἔχει. καὶ πά-*

λιν. *Γνῶμα γοῦν κτλ. ἔστι δὲ τὸ γνῶμα κατὰ τὸ βρώμη βρῶμα. οὕτω γὰρ καὶ ἐκ τοῦ γνώμη τὸ γνῶμα.* Cfr Wyttenbach. Bibl. crit. III 3 p. 107. Eadem forma usus est Aristot. HA. VI 23. Vs. 2 addidi articulum ante *γνῶμα.* Ad *ἑπτέτης* cfr Aristoph. Ran. 422: *ὅς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτορας*, emissis scilicet dentibus pullinis, quos *γνώμονας* vocabant et *γνῶμα.* Ibid. *βέβληκε* pro *ἐκβέβληκε*, ut Aristoteles l. l. *ὄνος βάλλει τοὺς τέτταρας ὀδόντας.*

XCV a.

Eustathius p. 1472 5: *ὅτι δὲ τὰ θέατρα θάλασσα κοίλη ἐλέγετο δηλοῖ Παυσανίας.* Pausaniae glossam exscripsit Photius. Item Hesychius, *Θάλασσα κοίλη: ἡ χειμέρινος, καὶ τὸ θέατρον.* Comparat comicus spectatorum turbas cum mari tempestuoso et procellis agitato.

XCV b.

Χρόαν δὲ τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογί
αἰγυπτιάσει.

Eustathius p. 1484 30: *Αἰγυπτιάσαι καὶ αἰγυπτιάζειν οὐ μόνον τὸ ἐπικαῦσαι, οἷον Χρόαν δὲ τὴν σὴν — αἰγυπτιάσει, ἀλλὰ καὶ τὸ πανουργεῖν.* Videtur parodia esse loci Aeschyli Prom. 22: *σταθευτὸς δ' ἡλίου λαμπρᾷ φλογὶ χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος.* Pro *αἰγυπτιάσει* scribe *αἰγυπτιώσει.* Diversa enim confundit Eustathius. Hesychius, *Αἰγυπτιῶσαι: μελᾶναι.*

XCVI.

Τὸν ἄνδρ' ἀπωσάμην τε κἀπεγλαψάμην.

Eustathius p. 1504 20: *γλάφειν καὶ ἐπὶ λογικῆς γραφῆς ἔστιν ὅτι τίθεται, ὡς δηλοῖ παρὰ Παυσανίᾳ τὸ Τὸν ἄνδρ' ἀπωσάμην τε κἀπεγλαψάμην, οἱονεὶ ἀπέξεσα καὶ ἀπήλειψα, ὡς ἀπὸ βιβλίου.*

XCVII.

Ψελλόν ἐστι καὶ καλεῖ
τὴν ἄρκτον ἄρτον, τὴν δὲ Τυρὼ τροφαλίδα,
τὸ δ' ἄστυ σῦκα.

Eustathius p. 1535 20: ὁ κωμικὸς τὸ κάππα ἐξελὼν (ex ἄρκτος) γέλωτα ἐκίνησεν εἰπὼν οὕτω Ψελλόν ἐστι κτλ. Aristophani haec assignavit Dindorfius Fragm. p. 215, quem sequutus est Bergkius p. 1195.

XCVIII.

Ἕξιππα καὶ τέθριππα καὶ ξυνωρίδες.

Eustathius p. 1539 31: τὸ τέθριππον, οὗ χρῆσις καὶ ἐν τῷ Ἕξιππα κτλ.

XCIX.

Eustathius p. 1572 21: ἀλλαχοῦ δὲ ἐγράφη ἕρκη λέγεσθαι παρὰ τοῖς κωμικοῖς καὶ πλεκτά τινα ἐν τριχῶν. Photius p. 14 13 Ἕρκη (sic): πλεκτά τινα ἐκ τριχῶν οἱ κωμικοὶ οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν.

C.

Ἑκάβην ὀτοτύζουσαν καὶ καόμενον τὸν ἀχυρμόν.

Eustathius p. 1698 32. Ἀχυρός: ὁ ἀχυροβολὼν κατὰ Αἴλιον Διονύσιον. ἕτερος δέ τις καὶ χρῆσιν εἰς τοῦτό φησιν Ἑκάβην ὀτοτύζουσαν καὶ καιόμενον τὸν ἄχυρόν. Scripsi καόμενον et ἀχυρμόν, quae forma etiam versui proverbiali in Append. Prov. Götting. I, 71 restituenda est, ubi editur: γέροντες εἰς ἄχυρον ἀποδεδρακότες. Factus autem hic versus est ad imitationem Aristophanii Vesp. 1310: κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι, ubi cum Rav. et Ven. pro ἀχυρῶνας habeant ἀχυρόν, recte Dindorfius scripsit ἀχυρμόν. Ac nescio an altera forma ἀχυρός certe ab Atticorum usu aliena existimanda sit, quamvis eam agnoscant Phrynichus Bekkeri p. 7 21 et Arcadius p. 72 5. Fuisse qui etiam pro ἄχυρον, *furfur*, dicerent ἄχυρμον, docet adiectivum ἀχύρμιος, *furfureus*, quo usus est Aratus vs. 1097 et si recte coniecit Prellerus de Polem. p. 77. Hegemo Thasius apud Athen. XV p. 698. Noster versus, quem Platonis comici esse suspicor (v. huius fragm. p. 616), ex comica descriptione incendii Troiani petitus videtur. Ante Ἑκάβην forsan add. εἶδον δ'.

CI.

Ὃς τόνδ' ἔχεις τὸν σηκὸν ἵλεως γενοῦ.

Eustathius p. 1625 24: σηκὸς γοῦν, φασίν, ἡρῷον, οἷον "Ὃς τόνδ' ἔχεις τὸν σηκὸν ἵλεως γενοῦ. Sed hic fortasse tragici poetae versus est, ex simili scena petitus, qualis est illa apud Sophoclem Electr. 627 (637).

CII.

Eustathius p. 1718 60 non omnem fumum ingratum esse dicens, ἀλλ' εἰσὶν οἳ χαρὰν ὑποκινοῦσι — ὡς ὁ τὸν παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ καπνοσφράντην συτιθείς, ὁ μὴ κατὰ τὸν κωμικὸν ἐκπέμπων τῆς οἰκίας, ἀλλ' εἰσάγων τοὺς φιληδοῦντας βίῳ παρασιτικῷ. Vide Diphili Paras. II 5.

CIII.

Εἶτα δή
εἰς τὴν πόλιν ἄξεις τήνδε τὴν ὀνώνιδα;

Eustathius p. 1788 20: ἡ παρὰ τῷ κωμικῷ ὄνωνις, ἧς χρῆσις φέρεται παρὰ τοῖς τεχνικοῖς τό Εἶτα δή κτλ. Articulum ante πόλιν addidit Dindorf. ad Aristoph. fragm. p. 215.

CIV.

Eustathius p. 1822 15: ὡς δὲ κύων καὶ τῇ κωμῳδίᾳ ἐνέτηξε σκῶμμα γυναικεῖον τὴν εἰρημένην κύνειραν ἤγουν τὴν τὸν κύνα εἰρύουσαν, ὅπερ ἐστὶν ἐφελκομένην, ὃν δὴ κύνα χοῖρον ἄλλη κωμῳδίᾳ φησί, παλαιὰ χρῆσις δηλοῖ, ἐμφαίνουσα πρὸς ὁμοιότητα τοῦ κυνόσουρα εἰρῆσθαι καὶ τὸ κύνειρα. Hoc κύνειρα forsan in κυνόσειρα mutandum.

CV.

Eustathius p. 1828 6: οὐ μόνον φειδωλὸς καὶ κίμβιξ καὶ γλίσχρος καὶ τὸ κύμινον πρίων καὶ κυμινοπρίστης, ἔτι δὲ καὶ λιμός — ἀλλὰ καὶ Μυκόνιος ἀνήρ. Et paucis interpositis: καὶ λιμοκίμβιξ καὶ κυμινοκίμβιξ. Photius p. 165 21. Κίμβικας καὶ κικκάβους: τοὺς αἰσχρούς. Lege γλίσχρους. De λιμὸς v. Posidippi Chor. vs. 12. De Μυκόνιος vide ad Cratini fragm. p. 176.

CVI. CVII.

Eustathius p. 1921 58 ex antiquis lexicis rhetoricis scortorum cognomina affert haec: *σποδησιλαύρα, χαμαιτύπη, λεωφόρος, πανδοσία, χαλκιδῖτις, πολύυμνος, μανιόκηπος, ἀνασεισίφαλλος, μύζουρις, ἀνασύρτολις, σατύρα, εἰλίπους, γεγωνοκώμη.* Idem p. 1413 27 ex Aelio Dionysio: *ἀνασεισίφαλλοι λέγονται (ἑταῖραι) παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ, ὡς ἀνασείουσαι, φησί, τὸν φάλητα.* Idem p. 862 42: *κωμικὴ λέξις ὁ νώθουρος ἤγουν ὁ νωθὴν ἔχων τὴν οὐράν, φασίν, ἐν τῷ συγγίγνεσθαι.* Et paucis interiectis: *ἡ δὲ εἰρημένη οὐρὰ καὶ ἀπομύζουριν παρήγαγε γυναῖκα τὴν αἰσχροποιόν. καὶ πανδοσία ἡ τοιαύτη ἐλέγετο πρὸς παίγνιον τῆς Πανδώρας, καὶ βορβορόπη δὲ ὡς ἀκάθαρτος παρὰ τὸν βόρβορον καὶ τὴν ὀπήν.* Horum pleraque ex comicis derivata sunt.

* CVIII.

Hesychius, *Ἀπ' αἰγείρων: Ἀνδροκλέα τὸν ἀπ' αἰγείρων, ἀντὶ τοῦ συκοφάντην, ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰγείρου τὰ πινάκια ἐξῆπτον, τουτέστιν ἐξήρτων, οἱ ἔσχατοι.* Ita recte cod. lectionem *συκοφαντεῖν* correxit Th. Bergkius Epist. ad Schill. p. 123. Sed postrema verba *οἱ ἔσχατοι,* quae spectant ad eos qui *ἀπ' αἰγείρου* h. e. loco a scena remotissimo scenicos ludos spectabant (Bernhardi Erotosth. p. 229) a superioribus secernenda sunt. Notat comicus Androclem tanquam calumniatorem. Quemnam autem dicat Androclem (nam plures eius nominis fuerunt) incertum est. Cfr Bergkium l. l. et quae dixi ad Cratinum p. 189.

* CIX.

Hesychius, *Ἀποπαρδακᾶ: τοῦτο εἴρηται παρὰ τὸ ἀποπαρδεῖν.* Fortasse *ἀποπάρδακα* scribendum, ab *ἀποπάρδαξ.*

* CX.

Hesychius, *Ἀστράψῃ διὰ πυκνός: ἀντὶ τοῦ δι' Ἅρματος.* Fortasse de Pericle intellegendum, de quo Aristophanes Acharn. 530: *ἤστραπτ' ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν*

Ἑλλάδα. Quid sit *ἀστράπτειν δι' Ἅρματος* optime docet Hesychius: *Ἀθηναῖοι, ὁπότε δι' Ἅρματος αὐτοῖς ἀστράψειεν, ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς θεωρούς*, nimirum religionis causa et ut omen averterent. Verba illa in fine anapaestici tetrametri posita fuisse suspicor: [*ὅταν*] *ἀστράψῃ διὰ πυκνός*. In hoc enim metri genere rectissime *πυκνὸς* penultimam producit.

* CXI.

Hesychius, *Βυρσόκαππον: τὸν Κλέωνα.* Hemsterhusius et Ruhnkenius *βυρσοκνάφον*, quod ita probo ut *βύρσαν* de Athenarum urbe intellegam, quam Cleo tanquam *βύρσαν* macerabat. Hesychius alio loco, *Βύρσαν: τὴν πόλιν Ἀθηναίων, Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασιν παίζων ἔφη.* Quod et ipsum ad Cleonem refero. Aliter Bergkius Fragm. Aristoph. p. 1062. Sed rectius fortasse Dobraeus Advers. I p. 581 coniicit *βυρσοκάπηλον*.

CXII.

Hesychius, *Δαισιανός: δρομεύς ἐστιν ἐπὶ βραδυτῆτι καὶ πενίᾳ κωμῳδούμενος.* Pro *Δαισιανός*, quod graecum nomen non est, fortasse *Δαισίας* scribendum, cuius nominis exemplum habemus apud Archippum Piscib. XIII p. 723.

* CXIII.

Hesychius, *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ: δρᾶμα δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τῆς θυμέλης* (*parodi*) *ἄρχεται οὕτως „Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες καΐδρος ἐρανάδαρον.“ διαβεβόητο δὲ τὸ μέρος* (leg. *μέλος*) *τοῦτο.* Optime Schowius *καὶ δροσεράν*. Perfecit emendationem Bergkius *ἄδαρον* mutans in *Ἄραδον*. Apertum autem est verbis *γλυκερὸν Σιδώνιον* comicum aliquem poetam ipsum illud canticum, cuius initium Hesychius apposuit, significasse. Phrynichi id carmen fuisse constat ex schol. Aristoph. Vesp. 220: *δι' ὀνόματος ἦν καθόλου μὲν ὁ Φρύνιχος ἐπὶ μελοποιΐᾳ, μάλιστα δὲ τὸ ἐν Φοινισσῶν αὐτοῦ τὸ Σιδῶνος προλιποῦσα ναόν* *), *ἢ Σιδώνιον ἄστυ*

*) Ald. *προλιποῦσα τὸν ναόν.* Cod. Ven. *προλιπόντα ναόν.* Hinc delevi articulum.

λιπόντες *). Ubi quum duorum canticorum exordia apposita sint, probabile est alterum ex Phoenissis, alterum ex repetita Phoenissarum editione, quam Persas inscriptam fuisse suspicor, derivatum esse. Sed de his alias dicam copiosius.

CXIV.

Hesychius, *Δημοκάλλικας*: *τοὺς περὶ τὰ δημόσια ἀναστρέφοντας*. Hemsterhusius *δημοκόλακας* vel *δημοκόλλικας*, quod quid sit non docuit. Quod enim Aristophanem Acharn. 872 affert, ubi Boeotii *κολλικοφάγοι* vocantur, id nihil ad rem. Non magis placet quod Alberti coniicit *δημοκύλικας*. Mihi *δημοκαλλίας* scribendum videtur, i. e. *δημοπιθήκους*. De hac significatione nominis *καλλίας* constat ex Galeno vol. XII p. 259 Chart. Dicaearcho apud Suidam s. v. *καλλίας* aliisque apud Boeckhium ad Pindari Pyth. II 72.

* CXV.

Hesychius, *Δημοκλεῖδαι*: *οἱ ξένοι καὶ μοιχοί, ἀπὸ Δημοκλείδου τοιούτου ὄντος. καθάπερ καὶ τοὺς ἡταιρηκότας Τιμάρχους ἔλεγον, τοὺς δὲ πονηροὺς Εὐρυβάτους, Κιλλίκωνας δὲ τοὺς προδότας*. De Timarcho vide supra p. 599. Eurybati frequens apud comicos memoria. Pro *Κιλλίκωνας* rectius scribitur *Κιλλικῶντας*, docente versu Callimachi apud schol. Aristoph. Pac. 362: *μὴ σύγε Θειογένες κόψῃς χέρα Κιλλικόωντος*. Proprium hominis, qui patriam Miletum Prienensibus prodidisse dicitur, nomen fuisse Achaeum traditur apud Photium p. 165 in. De Democlide nihil mihi compertum est.

CXVI.

Hesychius, *Διακυνοφθαλμίζεται*: *διυποβλέπεται, διανεύει, ἀναιδῶς ἀνθίσταται*. Aelius Dion. apud Eustath. p. 756 f. *διακυνοφθαλμίζεσθαι*: *ὑποβλέπεσθαι καὶ ὑφορᾶσθαι ἀλλήλους*.

---

*) Ita recte ex Hesychio Dindorfius. Vulgo *λιποῦσα*.

CXVII.

Hesychius, *Διαπερδικίσαι*: *διαλαλῆσαι καὶ διαφυγεῖν.* Pro *διαλαλῆσαι* Hemsterhusius *διολισθῆσαι.* Immo *διαλινῆσαι, callide per laqueos effugere.* Nihil propemodum differunt *ΔΙΑΛΑΛΗΣΑΙ* et *ΔΙΑΛΙΝΗΣΑΙ.* Simile Aristophanium *ἐκπερδικίσαι* Avib. 768. Idem verbum iterum Hesychio restituendum in hacglossa, *Διενήξατο*: *ἐξέφυγε.* Ita edidit Musurus. Cod. *ΔΙΕΝΝΗΣΑΤΟ* i. e. *ΔΙΕΛΙΝΗΣΑΤΟ.*

CXVIII. CXIX.

Hesychius, *Διαπονδαρίζει*: *διαναβάλλεται, διαναρίπτεται.* Recte corrigunt *διαπυδαρίζει.* *Ἀποπυδαρίζειν* dixit Aristoph. Equ. 697. — Hesychius, *Διεδοιδύκισε*: *διέστρεψε τὴν χεῖρα στρογγύλην.*

* CXX.

Hesychius, *Διῒ Συκασίῳ*: *παραπεποίηται παρὰ τὸ συκοφαντεῖν.* Comicus poeta, ex quo hoc derivavit Hesychius, calumniatorem Iovi Sycasio sacra facientem induxisse videtur. De *συκάζειν* i. e. *συκοφαντεῖν* v. intpp. Hesychii vol. II p. 1290 18.

CXXI.

Hesychius, *Δολίφονον*: *πέπαικται δὲ τοῦ δολοφονίου.* Ita codex. Musurus *παρὰ* pro *δέ.* Haec quo spectent obscurum est; suspicor tamen ea ad aliam Hesychii glossam referenda esse, de qua dixi Hist. crit. p. 89.

* CXXII.

Hesychius, *Δούλωνα*: *τὸν μουσικὸν Φιλόξενον, ἐπειδὴ δοῦλος ἐγεγόνει ὁ Φιλόξενος. ἦν δὲ τὸ γένος Κυθήριος.* Ignominiosae appellationis non dubium quin comici poetae auctores fuerint eiusmodi contumelias cupide arripientes. Apposite ad Philoxeni causam schol. Aristoph. Nub. 971: *ὁ δὲ Ἴστρος αὐτὸν* (Phrynin musicum) *Ἱέρωνος ὄντα μάγειρον σὺν ἄλλοις δοθῆναι τῷ Ἀριστοκλείτῳ. ταῦτα δὲ σχεδιάσαι ἔοικεν. εἰ γὰρ γεγονὼς ἦν δοῦλος καὶ μάγειρος Ἱέ-*

ρωνος, οὐκ ἂν ἀπέκρυψαν οἱ κωμικοί. Ac constat Philoxenum comicis poetis largam ridendi praebuisse materiem. De nominibus quale est *δούλων* cfr Lobeckium ad Sophoclis Aiac. p. 167. De re ipsa si quaeris, Philoxeni servitutem testatur haud dubie Suidas s. v. *Φιλόξενος. οὗτος ἀνδραποδισθέντων τῶν Κυθηρίων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἠγοράσθη ὑπὸ Ἀγεσύλου τινὸς καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐτράφη.* Qui quod Cytherios a Lacedaemoniis *ἀνδραποδισθῆναι* dicit cum portenti simile sit, licebit opinor coniecturam periclitari hanc, ut Lacedaemoniis substituantur Athenienses *). Referenda autem illa sunt ad insulae illius per Athenienses occupationem eam, quae quarto anno Olymp. LXXXVIII Nicia duce effecta est, quo tempore Philoxenus, qui Olymp. LXXXVI anno secundo natus est (Hist. crit. p. 89), annum agebat decimum, quae aetas optime congruit cum eo quod Suidas dicit, Philoxenum ab Agesylo quodam nutritum esse. De illa Atheniensium expeditione vide Thucyd. IV 53 54. Diodor. Sic. XII 65. Plutarch. V. Nic. cap. 6. Nihil hi quidem de Cytheriorum *ἀνδραποδισμῷ.* At videtur Suidas sive quem is auctorem sequutus est, quod uni alterive eo tempore incertum quas ob causas accidit, temere ad omnes Cytherios transtulisse.

** CXXIII.

Hesychius, *Δραχμὴ χαλαζῶσα: ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρικὸν ἐγένετο δραχμή.* Zenobius III 27 his addit: *ἐπεὶ δὲ ἔπεσε χάλαζα τότε ἀπὸ τοῦ ἀέρος, χαλαζῶσαν αὐτὴν ἐπέσκωπτον.* De re vide Boeckhii Oecon. att. I p. 239. Diophantus archon erat Olymp. XCVI 2.

CXXIV.

Hesychius, *Ἐγκαλοσκελεῖς: οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας.* Certissimum est hoc non usitatum et receptum eiusmodi debitorum cognomen fuisse, sed comico lusu fictum.

---

*) *Λακεδαιμόνιοι* et *Ἀθηναῖοι* permutantur etiam alibi. Vid. vol. II p. 658.

CXXV. CXXVI.

Hesychius, *Ἐλλείχοντα τῶν Ἀθηνῶν: οἱ δὲ ἀττικίζοντα, ὃ ποιοῦσιν οἱ πρόσγραφοι ἵνα φαίνωνται ἀστοί. ἐλλείχοντα δὲ ἐμφοροῦντα* *), *ἀπὸ τῶν τὸ μέλι λειχόντων.* Compositum *ἐλλείχειν* comparandum cum *ἐμπίνειν* et *ἐμφαγεῖν.* — Idem *Ἐνθεσίδουλος: ψωμόδουλος.* Eadem Eustathius p. 1837 40 ex Pausaniae, opinor, lexico vel Aelii Dionysii.

* CXXVII.

Hesychius, *Ἐξήκεστος: ἡταιρηκώς. ὅθεν καὶ τοὺς πρωκτοὺς ὁμωνύμως Ἐξηκέστους ἔλεγον. Ἐξηκεστιδαλκίδαι: οἱ περὶ τὸν Ἐξηκεστίδην καὶ Ἀλκίδην τοὺς κιθαρῳδούς.* De Alcaeo citharoedo dixi Hist. crit. p. 240 et ad Eupolidis fragm. p. 540. De Execestide v. Th. Bergkius Comment. p. 373. In *Ἐξηκεστιδαλκίδαι* patronymica forma nonnisi ad primam nominis partem pertinere videtur. Non corrigam igitur cum Bergkio *Ἐξηκεστιδαλκεῖδαι.* Pro *Ἀλκίδην* autem scribendum videtur *Ἀλκαῖον.*

CXXVIII.

Hesychius, *Ἐξωμίς: χιτὼν ὁμοῦ καὶ ἱμάτιον. τὴν γὰρ ἑκατέρου χρείαν παρεῖχεν. καὶ χιτῶνος μὲν διὰ τὸ ζώννυσθαι, ἱματίου δὲ ὅτι τὸ ἕτερον μέρος περιεβάλλετο. παρ' ὃ καὶ οἱ κωμικοὶ ὁτὲ μὲν ἔνδυθι, ὁτὲ δὲ περιβαλοῦ.* De exomide dixit Perizonius ad Aeliani V. H. IX 34.

CXXIX.

Hesychius, *Ἐπικάρσια: ἐπικάρσια δὴ προπεσοῦμαι, πλάγια, οὐ κατ' εὐθεῖαν φερόμενα.* Cod. *προσπεσοῦμαι,* quod recte emendatum videtur. Vix enim dubium est quin versus sit paroemiacus. *Ἐπικάρσια* adverbii vim obtinet ut *ἐπιδέξια, ἐπαρίστερα* etc. Pro *φερόμενα* fortasse *φερόμενος.*

---

*) H. e. *ἐμφορούμενον,* ut apud Alciphr. lib. I ep. 1: *τῶν λεπτομερῶν ἰχθύων — ἐμφορῆσαι.* Quod frustra attentant.

* CXXX a.

Hesychius, *Ἠρινοτόκου*: ἀπὸ τῶν ποιμνίων τῶν κατ' ἔαρ φόρους τελούντων. Cod. τῶν κατεοφόρους τελούντων ἔαρι, quae pessime interpolavit Musurus. Photius, *Ἠρινοῦ τόκου*: ἐπεὶ ἔαρος οἱ φόροι ἐφέροντο. Ubi pro τόκου recte, ut videtur, Dobraeus Adv. I p. 593 πόκου *). Hesychii glossa ita videtur redintegranda, *Ἠρινοῦ πόκου*: ἀπὸ τῶν ποιμνίων, τῶν συμμάχων κατ' ἔτος φόρους τελούντων ἔαρι.

* CXXX b.

Hesychius, *Ἠχὼ πετραίαν χυτρόπωλιν*. λέγει δὲ τὴν Αἴγιναν, ἐπειδὴ ἐκεῖ ὄστρακα πολλά ἐστι. Ita enim corrigit Müllerus Dor. II p. 545 editum χυτρότωλιν λέγει. οἱ δὲ τὴν Αἴγιναν. Photius, *Ἠχὼ πετραία*: Αἴγινα. ἐπειδὴ πετρώδης ἐστὶ καὶ πολλὰ ἔχει κεράμια. Nota sunt Aeginetarum fictilia, de quibus cfr Müllerum Aegin. p. 79. Respicit locum Pollux VII 197: τὴν δὲ Αἴγιναν χυτρόπωλιν ἐκάλουν **). Apertum est rideri a comico poeta Aeginam, quam nihil esse dicit nisi *vocis imaginem et ollarum tabernam.* Sed haereo in χυτρόπωλιν, quod nec primam syllabam recte producit et χυτροπώλιδα dicendum erat ***). Itaque nescio an χυτρόπολιν (*Scherbenstadt*) scribendum sit, cui coniecturae non repugnat qui obiter locum inspicienti repugnare videtur Pollux.

CXXXI a.

Hesychius, *Θεόδωρος*: Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ τοὺς πρωκτούς, ἀπὸ Θεοδώρου τινός, οὐκ εὖ τῇ ἑαυτοῦ ὥρᾳ

---

*) Τόπος πόκος τόκος τρόπος saepe confunduntur. Hesychius vol. II p. 1597. Ὡς ἐκεῖνος ἀναβάλλει τὸν τρόπον: παροιμία ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ χεῖρον χρονιζόντων. Nihil expediunt interpretes. Lege Ὡς ἐχῖνος ἀναβάλλει τὸν τόκον. Rationem proverbii declarat Photius p. 46 14. Cfr intpp. Diogeniani IV 91.

**) Male cod. Falckenb. pro Αἴγιναν habet γυναῖκα.

***) Apud Pollucem VII 16: τὴν δὲ ἀρτόπωλιν καὶ τὴν παντοπωλίαν εἶπεν Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν, scribe ἀρτοπωλίαν, de quo admonere neglexi vol. II p. 723.

χρησαμένου. Ita enim haec legenda sunt. Cod. *πρωτούς*, quod male in *εὐρυπρώκτους* mutavit Musurus. Similiter comici ad posticam viri partem significandam usi sunt nominibus Timesianactis, Battali, Execesti, Aristodemi, Timarchi, quemadmodum iidem pudenda muliebria nominabant a Phormisio, Lachare, Sarabo, Basilide, Sacta, Hippoclide, aliis. De Theodoro vide Hist. crit. p. 523 sq.

CXXXI b.

Hesychius, *Θολερῶς προβαίνει: μὴ καθισταμένην καὶ ἀσφαλῆ πορείαν ἔχων, ἀλλ' ἀστάτως καὶ τεταραγμένως προϊών.* Eadem Etymol. M. et Zenobius IV 31.

CXXXII.

Οὐδ' Ἰταλιώτης, οὐδ' ἀλαζὼν οὐδαμῶς.

Hesychius, *Ἰταλιώτης: οὐδ' Ἰταλιώτης — οὐδαμῶς. ἐπεὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἐν Ἰταλίᾳ διέτριβον, ἔνθα φασὶν αὐτοὺς ἐμπυρισθῆναι.* Itaque *Ἰταλιώτης* de vano iactatore dixit comicus a Pythagoreis. Cfr Photius p. 117 14. *Ἰταλιώδης* (sic): *ὁ ἀλαζὼν ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν διὰ τὴν Σύβαριν. ὁ λάγνος.* Idem, *Ἰταλιώτης: Πυθαγόρειος. ἐκεῖ γὰρ διέτριβον.*

CXXXIII.

Hesychius, *Καλλιώνυμος: εἶδος ἰχθύος. μεταφέροντες δέ τινες τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου ἔτασσον ἀνδρός τε καὶ γυναικός.* Nimirum callionymus piscis appellabatur etiam *θαλάσσιον αἰδοῖον.* Hinc piscis nomen comicus ad pudenda mulierum vel virorum transtulit.

* CXXXIV.

Hesychius, *Κεραμεικὴ μάστιξ: τὸν ὀστρακισμὸν λέγουσι, μάστιγα μὲν διὰ τὸ βασανίζειν τοὺς ὀστρακιζομένους καὶ κολάζειν, κεραμεικὴν δὲ διὰ τὸ ἐκ κεράμου τὰ ὄστρακα εἶναι.* Scribendum igitur *κεραμικὴ μάστιξ*, quae dictio de poena ostracismi antiquae comoediae auctore dignissima est. Ei simile est, quod itidem ex comico enotavit Photius, *συκίνη*

μάχαιρα pro *συκοφαντία*. Quod statim apud Hesychium sequitur, *Κεραμίνας: δημοσίους*, et ipsum ex comico ductum videtur, qui eo nomine scorta in Ceramico prostantia significari voluit. Proinde scribendum *Κεραμεικάς* et *δημοσίας*. De adiectivo *Κεραμεικὸς* constat ex Pausania Attic. III 1. De *δημόσιος* hoc sensu cfr Hesychium s. v. *Δημιάσι πύλαις* et *Δημόκοινος*.

CXXXV.

Hesychius, *Κεραυνίας: ὁ κεκεραυνωμένος*. Frequentissimus talium substantivorum apud comicos usus est, v. c. *φρονηματίας, ἡπατίας, στημονίας, βαδισματίας* etc. Quod statim sequitur apud Hesychium *Κεραυνίας: ἐμβρόντιστος*, scribendum *ἐμβρόντητος*.

CXXXVI.

Hesychius, *Κεστρεῖς: τοὺς κεχηνότας καὶ πεινῶντας κεστρεῖς λέγουσι. καὶ τοὺς Ἀθηναίους οὕτως ἔλεγον καὶ προσηγόρευον. τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο λαιμαργόν τέ ἐστι καὶ ἄπληστον.* Similiter Athenienses *κεχηναίους* appellat Aristophanes.

* CXXXVII.

Hesychius, *Κλαζομένιοι: οὕτω κωμῳδοῦνται. δοκοῦσι γὰρ ἐπικύπτοντες προστιλᾶν.* Et *Κλαζομένιος: οὗτος Ἡρακλείδης ὁ Κλαζομένιός τε καὶ ὁ βαῦς καλούμενος.* Interpretes, qui nihil de hoc Heraclide Clazomenio se scire fatentur, satis indicant se glossographi verba non recte percepisse. Hoc enim dicit, Heraclidem propter flagitiosam spurcitiem a poetis comicis ludibrii caussa Clazomenium appellatum esse. Alterum hominis cognomen, quod *Βαῦς* scribendum videtur, quo spectet nescio, nec quidquam lucis affert Iohannes Alex. de acc. p. 7 35: *ταῦτα μὲν οὖν ἀρσενικά· κοινὸν δὲ τὸ παῖς, θηλυκὰ δὲ μόνως ναῦς καὶ νᾶς, γραῦς, βαῦς*, quod quid sit ne Lobeckius quidem Paralip. gramm. p. 91 compertum habuit. Porro quod dicit glossographus *οὗτος Ἡρακλείδης*, indicio est hanc glossam ex scholiis vete-

ris comici transscriptam esse. Denique non dubitandum videtur quin illa *ἐπικύπτοντες προστιλῶσιν* ipsa poetae verba sint, in quibus *ἐπικύπτοντες* quid sit praeter alios docet Antiphanes *Ἀλιευομ.* I 18: *τοῖς κιθαρῳδοῖς ὡς σφόδρα ἅπασιν οὗτος ἐπικεκυφὼς λανθάνει.* Ita enim legendum pro *ἐπιπεφυκώς.*

CXXXVIII.

Hesychius, *Κνάπτειν κελεύω γλῶσσαν: συνέχειν ἐντὸς τῶν ὀδόντων κελεύω τὴν γλῶτταν.* Si comici fragmentum est, *γλῶτταν* scribendum.

CXXXIX.

Hesychius, *Κνέωρον: φυτόν τι ὃ τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστόρνυνται, καὶ ᾧ εἰς κάθαρσιν χρῶνται. καὶ γυναικεῖον μόριον.* Haec postrema significatio non dubito quin ex comico poeta derivata sit.

* CXL.

Hesychius, *Κολεασμός: τὸ περαίνεσθαι. πεποίηται δὲ ἀπὸ τοῦ κόλου* (leg. *κολεοῦ*) *καὶ ἀπὸ τοῦ καθιέναι εἰς τὸ κόλον* (leg. *τὸν κολεὸν*)· *τοῦτο δὲ κολεάζειν ἔλεγον.* In his *κολεός* et *περαίνεσθαι* obsceno sensu dictum esse sequens glossa docet: *Κολέαρχος, κακόσχολον ὄνομα.* In qua *Κολέαρχος* comicorum more ex *Κλέαρχος* similive nomine detortum est. Ac fortasse etiam *ἀρχὸς* ambigue dictum est. V. Eustathium p. 211 3. Nescio tamen an vera horum nominum scriptura fuerit *κωλεασμὸς* et *Κωλέαρχος*, ut non ad *κολεός, vagina,* sed ad *κωλῆ* revocanda sint.

CXLI.

Hesychius, *Κορίνθιαι: αἱ πέδαι, καὶ αἱ ἀπὸ Κορίνθου τῆς πόλεως ἑταῖραι.* Legendum videtur *Κορίνθιαι πέδαι: αἱ ἀπὸ Κορίνθου — ἑταῖραι.*

CXLII.

XIV. Menander inc. fab. CXLII p. 267: αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ, μή μ' ἄφρονα κρίνῃ καὶ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ. Plutarchus de *El* Delph. p. 384 d: στιχιδίοις οὐ φαύλως ἔχουσιν — ἐνέτυχον πρώην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν· Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ, μή μ' ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ. Quos versus non recte Welckerus Tragod. II p. 707 ad Archelaum fabulam rettulit et ab ipso Archelao Cissei munera spernente pronunciatos esse existimat. Nam etsi primus versus in hanc sententiam accipi possit: *nolo ipse pauper a beato muneribus affici*, non recte tamen id fieri alter versus docet clarissime. Plutarchus autem nihil dicere videtur nisi hoc, Dicaearchum existimasse Euripidem his versibus in nescio qua fabula usum esse respectu Archelai, Macedonum regis, apud quem tum, quum fabulam ex qua illi versus petiti sunt ageret, Euripides versabatur.

XV. Menander inc. fab. CLXIV p. 271: μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν, γῆρας ψέγοντες καὶ πολυχρόνιον βίον. Euripides Alcest. 668: μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν, γῆρας ψέγοντες καὶ πολὺν χρόνον βίου.

XVI. Menander fab. inc. CCXLIII b. p. 288: μάντις τ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. Idem Euripidis versus est fab. inc. CXXVIII. Fortasse ex Polyido petitus est.

XVII. Menander inc. fab. XXIII p. 240: *λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος.* Idem LXXXIV p. 256: *οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον, ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου.* Euripides fragm. inc. fab. LXXV: *οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.* Idem inc. fab. CXVIII: *ἀλλ' ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ, λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων.*

XVIII. Menander inc. fab. II p. 227: *ἔσπασας τὸν ἀέρα, τὸν κοινόν, ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λέγω.* Respexit locos Euripidis qualis est in Helen. 912: *κοινός ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς.*

XIX. Menander inc. fab. CDXL p. 319: *ἐρᾷ μὲν ὄμβρων γαῖα.* Euripides inc. fab. III 7: *ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ' ὅταν ξηρὸν πέδον κτλ.* Nisi forte scholiastes Hesiodi, qui huius dicti auctorem Menandrum citat, in nomine poetae erravit.

Possem his alia addere ex sylloge sententiarum *μονοστίχων* petenda. Sed cum illa moralium dictorum farrago ex diversis poetis consarcinata sit, horum ratio minus certa est. In tanto igitur Menandri Euripidem sectandi studio non mirum est satis magnam dictionum sententiarumque copiam in Terentii, dimidiati Menandri, fabulis reperiri, quae miro quodam consensu cum Euripideis conspirant; quam rem uno alteroque exemplo ex Andria confirmabo. Igitur apud Terentium II 5 haec habes:

verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
omnes sibi malle melius esse quam alteri.

Quae plane congruunt cum Euripideis in Med. 84:

ἄρτι γιγνώσκω τόδε
ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ.

Ubi quum Brunckius Terentium Euripidis verba expressisse dixisset, scienter monuit Wyttenbachius Bibl. crit. II 1 p. 45 non ab ipso Euripide latinum comicum, sed ab eius aemulo Menandro haec sumpta esse. Porro Andr. IV 1 16:

atque aliquis dicat, nihil promoveris,
multum molestus certe ei fuero.

Haec etiam a Menandro ducta sunt, qui Euripidis Hippol. 1297 sententiam expresserat: *καίτοι προκόψω γ' οὐδέν, ἀλγυνῶ δέ σε.* Eodem rettulerim Andr. V 4 17:

Si mihi perget quae volt dicere, ea quae non volt audiet.

Quae comparabam cum Euripidis Alcest. 720: *εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς — ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ καὶ ψευδῆ κακά.* Sed huius sane sententiae usus latius patet. Ut alios mittam vide Caecilium apud Gellium N. A. VII 7. Quamquam etiam hunc ad strenuam Menandri imitationem se composuisse cum aliunde constat, tum ex eo intellegitur, quod in huius quoque poetae reliquiis haud paucae reperiuntur sententiae, quas ipse ex Menandro, Menander autem ex Euripide derivaverat. Ex quo genere est fragmentum apud Cicer. Tusc. IV 32: *Amorem deûm qui non summum putat, aut stultum aut rerum esse imperitum existimat, cui in manu sit, quem esse dementem velit, quem sapere, quem sanari* etc. Quae iam alii composuerunt cum Euripidis Augae fragm. 11: *Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.*

EPIMETRUM III.

(ad pag. 315)

Apollinis Agyei, de quo quantum satis est O. Müllerus de Doribus vol. I p. 299 disseruit, crebram in tragoediis et comoediis Graecorum fuisse memoriam pervulgatum est. At minus nota sunt quae leguntur apud Helladium in Photii Bibl. p. 535 33 ed. Bekk. ex quibus Apollinis illius aram etiam Loxiae nomine nuncupatam fuisse discimus. Sic enim scribit: *τὸν Λοξίαν προσεκύνουν, ὃν πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο, καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον*

ποιοῦντες καὶ μυῤῥίναις στέφοντες ἵσταντο οἱ παριόντες, τὸν δὲ βωμὸν ἐκεῖνον ἀγυιὰν (leg. *Ἀγυιᾶ ἢ*) *Λοξίαν ἐκάλουν, τὴν τοῦ παρ' αὐτοῖς θεοῦ προσηγορίαν νέμοντες τῷ βωμῷ.* Accedit testimonium Photii Lex. p. 230 11: *εἰώθασι τὸν πρὸ θυρῶν τῶν ἱδρυμένου βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος Λοξίαν καὶ Ἀπόλλω προσαγορεύειν καὶ Ἀγυιᾶ.* Hinc lux oboritur Menandri fragmento alias inexplicabili, quod apposui p. 280:

Καθεδοῦμαι δ' ἐνθαδί
τὸν Λοξίαν αὐτὸν (leg. *τοῦτον*) *καταλαβών.*

Quibus ad amussim respondent haec Plautina ex Mostell. V, 1, 45:

faciundum edepol censeo;
ego interim hanc aram occupabo.

Ac nescio an eiusdem observationis ope etiam alius Menandri locus explicari et emendari possit, quem supra exhibui p. 83. Videlicet apud Terentium Andr. IV 3 11. Davus Mysidi puerum recens natum ante ianuam humi depositurae haec dicit:

Ex ara hinc sume verbenas tibi,
atque eas substerne.

Ubi Donatus ex Menandro haec affert verba miris modis depravata: *κοκεξίας σὺ μυῤῥίνας χχσδιέτεινε.* Quorum etsi perdifficilis est emendatio, vix tamen dubitari potest quin hunc fere in modum Menander scripserit:

ἀπὸ Λοξία σὺ μυῤῥίνας τασδί [*λαβών*]
ὑπότεινε.

Loxiae quidem nomen hic latere certissimum est. Ac favet huic coniecturae quod eodem loco Donatus addit: *ex ara, scilicet Apollinis, quem Δήλιον Menander vocat.* Quo loco cum veteres editiones et codices pro *Δήλιον* habeant *cassion*, id ipsum *Λοξίαν* potius quam *Δήλιον* scribendum esse apertum est.

EPIMETRUM IV.

In fragmentis Menandri cum alia consulto omisi quae iniuria mihi huic poetae tribui videbantur, tum etiam illud quod Schneidewinus Coniect. crit. p. 117 commemoravit ex incerto grammatico apud Cramerum Anecd. Oxon. IV p, 254 21. ubi haec leguntur: *Μενάνδρου· Οὐκ ἔστιν ἀνοίας οὐδὲν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τολμηρότερον. Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.* Ex his quae primo loco afferuntur, Menandri esse verba etiam aliunde constabat; et recepta sunt in huius fragmentis p. 277. Sed alterum quod his subiicitur,

Γῆρας λεόντων γῆρας ἀκμαίων νεβρῶν,

neque Menandri neque alius poetae comici fragmentum esse, vel productio primae syllabae in *ἀκμαίων* docet. Accedit indubitabile testimonium Stobaei Floril. CXV 14 eundem hunc versum afferentis praescripto nomine *Ἱπποθόωντος*. Sed is ipse Hippothoon quis fuerit, non compertum habeo. Laudatur idem a Stobaeo etiam aliis locis. Primum Tit. XXII 25 *Ἱπποθόωντος·*

Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

Idem versus est in Menandri gnom. monost. 8. Porro Tit. XXXVIII 15:

Φθόνος κάκιστος κἀδικώτατος θεός,
κακοῖς τε χαίρει κἀγαθοῖς ἀλγύνεται.

Quibus quae subiiciuntur duo fragmenta nullo auctoris nomine adscripto, fortasse ad eundem poetam referenda sunt:

Οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἄνθρωπον κακῶς,
οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυσμενέστερος.
Χρὴ δ' ἢ λέγειν τι χρηστὸν ἢ λέγουσιν εὖ
μὴ δυσμεναίνειν τῷ φθόνῳ νικώμενον.

Porro Tit. LXVII 14 *Ἱπποθόωντος·*

Ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς φίλος.

Quem versum ab Arsenio Hipponacti attribui annotavit Gais-

fordus. Denique idem ille Hippothoon sub Hippothoi nomine latet Tit. LXVIII 24:

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐλεύθερος,

et Tit. LXXXIII 15:

Παίδων κρατεῖν δεῖ τῶν νεωτέρων σοφούς.

Horum versuum prior ab Stobaeo Tit. LXVII 13 cum duobus aliis ex Euripidis Antigona affertur. Itaque quo minus huic poetae tribuatur non impedio. Sed altero loco itidem Hippothoontis nomen reponendum videtur. Quod enim Photius quoque Bibl. p. 115 4 Hippothoum in poetis, ex quibus Stobaeus Florilegium suum consarcinavit, commemorat, nullam vim habet. Sed alius praeterea Stobaei locus est, cui male Hippothoi nomen adscriptum videtur, CXV 13. ubi hic illi versus tribuitur:

Πανρολόγοι πολιαὶ ταὶ γήραος ἄνθεα θνατοῖς.

Quo loco Hippothoi nomen vel eam ob causam suspectum est, quod proxime sequitur Hippothoontis fragmentum illud quod nobis haec commentandi opportunitatem praebuit, *κρεῖσσον λεόντων γῆρας ἀκμαίων νεβρῶν.* Manifestum est librarii oculos ad sequens Hippothoontis nomen aberrasse, omisisse autem nomen eius poetae, qui illius versus auctor habendus est. Neque eam vanam suspicionem esse docet cod. Voss. in quo pro *Ἱπποθόου* liquido *Εἰρήνης* nomen scriptum est. Hoc *Εἰρήνης* autem nemo facile dubitabit quin ex *Ἠρίννης* nomine corruptum sit. Ita igitur novum lucramur fragmentum eximia poetriae Lesbiae laude haud quaquam indignum:

Πανρολόγοι πολιαὶ τῶ γήραος ἄνθεα θνατοῖς.

Ita enim corrigendum est. Atque ad eandem rationem refingendum est idem *Εἰρήνης* nomen *) in hoc Stobaei Flor. CXVIII 4:

Τοῦτό κεν εἰς ἀΐδαν κενεὰ διανήχεται ἀχώ·
σίγα δ' ἐν νεκύεσσι, τὸ δὲ σκότος ὄσσε κατέρρει.

---

*) De hoc admonui iam olim in epistola ad N. Bachium data, qui commemoravit illam coniecturam ad Philetae fragm. p. 272. Ignoravit hoc Schneidewinus Delect. poet. p. 323.

Quae qui suo more i. e. elegantissime ita transtulit Grotius:

Infernas ad Ditis aquas vox transit inanis:
triste silent umbrae: caligant lumina nocte,

scite et commode *transit* posuit pro eo quod in graecis ad meum sensum parum eleganter scriptum legitur, *διανήχεται*. Quod etsi probae notae verbum est, inepte tamen *ἀχὼ* ad inferos dicitur *διανήχεσθαι*, pro quo potius *διανίσσεται* poetriam scripsisse suspicor. Praeterea in eiusdem versus initio fortasse *τούτῳ κὴς ἀΐδαν* vel certe *τοῦτο καὶ εἰς ἀΐδαν* scribendum est.

EPIMETRUM V.

DE LEGE QUADAM METRICA AB IAMBOGRAPHIS GRAECIS OBSERVATA.

Quem supra p. 370 adscripsi Solonis versum notissimum, *ἀρχῶν ἄκουε καὶ δικαίως κἀδίκως*, in eo recte quidem Schneidewinus *ἀρχῶν* scribendum esse vidit pro eo quod vulgo legitur *ἄρχων*, sed praeterea necessario corrigendum erat *καὶ δίκαια κἄδικα*, quemadmodum verissime scriptum extat in versu ad Solonei trimetri imitationem facto in Append. proverb. Goetting. II 100: *δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.* Cfr Sophoclis Antig. 666: *τοῦδε* (*ἄρχοντος*) *χρὴ κλύειν καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.* Caussa autem haec est, quod quam legem in quinto trimetri pede a tragicis poetis observatam esse acutissime perspexit Porsonus, eandem iam antea antiquiores iambographi tam severe sequuti sunt ut ne eas quidem exceptiones, quas tragicis Porsonus concessit, admisisse videantur. Antiquiores iambographos cum dico, Archilochum Anacreontem Solonem et Simonidem in mente habeo; quibus addendus fortasse etiam Hipponax, cuius poetae ex iis carminibus, quae puris trimetris composita erant, etsi perpauca servata sunt fragmenta *),

*) V. Schneidewini Delect. p. 220. ubi quod Fragm. 48 legitur *ὅς που* in *ὅς κου* et *θεῖαν* in *θείην* mutandum.

nihil tamen caussae est quin et ipse eam legem constanter sequutus esse statuatur. Obstare quidem videtur versus a Stobaeo Flor. LXXII 5 servatus: *τρόπον γυναικὸς χρηστὸν ἔνδον λαμβάνειν.* Sed videamus locum integrum. Stobaeus igitur in titulo qui inscriptus est: *ὅτι ἐν τοῖς γάμοις οὐ τὴν εὐγένειαν οὐδὲ τὸν πλοῦτον χρὴ σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸν τρόπον,* hos posuit Hipponactis versus:

Γάμος κράτιστός ἐστιν ἀνδρὶ σώφρονι,
τρόπον γυναικὸς χρηστὸν ἔνδον λαμβάνειν·
αὕτη γὰρ ἡ προὶξ οἰκίαν σώζει μόνη.
*ὅστις τρυφῶσαν *) τὴν γυναῖκ᾽ ἄγει λαβών,*
σύνεργον οὗτος ἀντὶ δεσποίνης ἔχει
εὔνουν βεβαίαν τ᾽ εἰς ἅπαντα τὸν βίον. *)

Recte vidit Valckenarius apud Gaisfordum a versu tertio novum fragmentum incipere. Itaque Hipponactis nomen non ad tres primos versus, qui comici poetae esse videntur, pertinere suspicor, sed ad proxime sequentes, ita tamen, ut post primum secundi fragmenti versum, si modo is recte a me emendatus est **), duo ad minimum versus excidisse statuatur. Ac fortasse ne hi quidem versus Hipponacti tribuendi sunt, a cuius poesi eiusmodi sententias *βιωφελεῖς* alienas fuisse putaverim. Certe vehementer discrepant a forti et alacri spiritu, qui in ceteris huius poetae carminibus regnat. In Stobaei margine quam frequentes sint in auctorum nominibus errores nemini ignotum est; neque male, ut equidem opinor, Hipponacti Hippothoontis nomen substituas, quae nomina etiam alio Stobaei loco permutantur. V. Epimetr. IV.

---

*) Vulgo legitur *ὅστις δὲ τρυφερῶς τὴν γυναῖκα* etc. quod num recte emendaverim ipse dubito.

**) Post *βεβαίαν* addidi *τέ.* Ipsam sententiam copiose explicuit Hierocles apud Stobaeum Serm. LXXXV 21 (p. 192 Gaisf.) ubi pro *μηδ᾽ ὅπως τετριμμένη κυοφορίαις* scribendum *μηδέπω κτλ.* et pro *εἰ δὲ παρήκοι,* quod non recte Bentleius correxit, *εἰ δὲ παρείκοι, si res ita tulerit,* cll. Sophocle Phil. 1037 et Thucydide III 1.

Redeo ad ceteros iambographos, quorum prorsus singulare fuit in iambicis versibus struendis artificium, ut neque anapaestum neque dactylum, Simonides autem ne tribrachum quidem nisi rarissime admiserit. Eius unum quod certum et indubitatum est exemplum reperi in versu apud schol. Euripidis Phoen. 215: τί ταῦτα διὰ μακρῶν λόγων ἀνέδραμον; Ita enim recte Matthiae edidit ex codd. pro τί ταῦτα τῶν μακρῶν etc. Hoc igitur exemplo tueri licet quam supra vol. III p. 431 in carmine de Mulier. vs. 43 feci coniecturam, ubi quum vulgo editum sit: τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου, scribendum esse suspicatus sum ἔκ τε πολιῆς. Quamquam possis etiam, sed cum minore probabilitate: τὴν δ' ἔκ τε πελλῆς (de quo vide quae l. l. dixi), vel τὴν δ' ἐκ σποδείης, quod adiectivum a σποδὸς recte formari posse non dubium est *). Aliquanto plus sibi indulsit Archilochus, qui dactylum vel tribrachum in iis quos superstites habemus trimetris iambicis quater admisit. Fragm. XVII 2: οὐδ' ἐρατός, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς **). Fragm. XIX: κλαίω τὰ Θασίων, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά. Fragm. XXI 3: θεῶν ἔργα, μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος. Fragm. XX: ὁ δ' Ἀσίης καρτερὸν μηλοτρόφου. Nam aliud fragmentum a Schneidewino omissum apud Aristot. Polit. VIII p. 1328: σὺ γὰρ δὴ περὶ φίλων ἀπήγχεο, ad trochaicos potius quam ad iambicos numeros revocaverim. Satis enim probabile est haec verba ex praeclaro illo carmine petita esse cuius hoc est initium: Θυμὲ θύμ', ἀμηχάνοισιν ἄλγεσιν κυκώμενε etc. Cui coniecturae ipsa Aristotelis verba fidem faciunt, ex quibus intellegitur suum ipsius animum poetam compellare. Ita enim ille disserit: πρὸς γὰρ τοὺς

---

*) Consulto omisi Simonidis versum apud Etymol. M. p. 634 6: καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἠλσάμην, ubi ὀρσοθυρίδος tentabam. Dixit de hoc versu alicubi Lobeckius, sed locum non meminis.

**) Ad hunc locum refero glossam Hesychii, Ἀμφ' Ἀκίριος ῥοάς: Ἄκιρις ποταμός, ex qua satis memorabilem lectionis varietatem nanciscimur. Acirin fluvium prope Heracleam memorant Strabo VI p. 264 et Plinius HN. III 11 15.

συνήθεις καὶ φίλους ὁ θυμὸς αἴρεται μᾶλλον ἢ πρὸς τοὺς ἀγνῶτας, ὀλιγωρεῖσθαι νομίσας. διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· Οὐ γὰρ δὴ περὶ φίλων ἀπάγχεο. Quae non intellegi possunt nisi ita correcta:

Σὺ γὰρ δὴ περὶ φίλων ἀπήγχεο.

Quibus verbis ingratum animum amicis exprobrat, pro quibus saepe vitae discrimen se adiisse dicit.

Quod de Simonide dixi, non vereor ne quis tales mihi versus obvertat, quales sunt e. c.

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον.
Δήνεα τε πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται.
Ἐχθρὸν συνοικητῆρα δυσμενέα θεόν.

Contractionibus enim frequentissime usus est Simonides, etiam in iis vocabulis, in quibus alii poetae eas non admiserunt, ex quo genere est Fragm. I vs. 3:

νόος δ' οὐκ ἔπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφήμεροι.

Quo in versu ne negationem cum Schneidewino deleatur, ipsa sententia obstat. Atque in eodem carmine vs. 9 nisi fallit coniectura *νέωτα* duabus syllabis efferendum est. Totus locus hic est:

ἐλπὶς δὲ πάντας κἀπιπειθίη τρέφει
ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας. οἱ μὲν ἡμέρην
μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ' ἐτέων περιτροπάς.
νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκέει βροτῶν
πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλος.

In postremis non sententia tantum vacillat, sed etiam oratio habet in quo haereas. Prorsus enim incredibile est *νέωτα ἐλθεῖν* poetam dixisse pro eo quod usus postulat *εἰς νέωτα ἐλθεῖν.* Atque id ipsum reponendum est, sed ita ut etiam secundus versus corrigatur hoc modo:

ἐς νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκέει βροτῶν
Πλούτῳ τε καὶ θεοῖσιν ἵξεσθαι φίλος.

In his *Πλοῦτος καὶ θεοὶ* eodem modo dictum est, ut *Ζεὺς καὶ θεοί*, *Pindarus et lyrici*, alia. Plutum autem non quarumlibet divitiarum, sed opulentiae ex agrorum cultu red-

undantis datorem intellego. De agricola enim potissimum loqui videtur Simonides, qui illis versibus eam reddidit sententiam, quam Graeci notissimo proverbio, quo etiam Philemon Hypobol. I p. 29 usus est, ita expresserunt:

ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

Quae ita explicat Zenobius II 43: ἐπὶ τῶν ἐλπίδι μὲν ἀεὶ τρεφομένων ἀπαλλάττεσθαι τῶν δεινῶν, τοῖς αὐτοῖς δὲ πάλιν περιπιπτόντων. Νέωτα autem duabus syllabis extulit etiam Theocritis Idyll. XV 143: ἵλαθι νῦν φίλ' Ἄδωνι καὶ εἰς νέωτ' εὐθυμήσαις.

Corollarii loco his alias quasdam de Simonidis carminibus coniecturas addam, quorum de reliquiis etsi recentissimae aetatis critici optime meriti sunt, haud pauca tamen restant quae nitorem eximiorum carminum obscurant. Carm. I 22 sq.

εἰ δ' ἐμοὶ πιθοίατο,
οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν, οὐδ' ἐν ἄλγεσιν
κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

Postrema alii aliter emendare conati sunt, quorum coniecturas qui merito reiecit Schneidewinus, fortasse ne ipse quidem rectam viam ingressus est, quum ἔχοντες pro ὄντες dictum statuit. Si nihil in illis corruptum est, haud male, ut equidem opinor, coniunxeris θυμὸν ἐν ἄλγεσιν ἔχοντες, quod non minus recte dictum est quam quod Sophocles dixit ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον apud Stobaeum Flor. CX 3. Sed in promptu est lenissima correctio et omnium, ut spero, assensum latura haec:

οὐδ' ἐν ἄλγεσιν
κακοῖς ἔδοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

Nosti Homericum ὃν θυμὸν κατέδων, frequenti seriorum poetarum imitatione usurpatum. In carmine de mulieribus vs. 81 haec leguntur:

καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέραν βουλεύεται,
ὅκως τι χὠς μέγιστον ἔρξειεν κακόν.

Parum venustum est meo iudicio illud ὅκως καὶ ὡς μέγιστον, pro quo scribendum suspicor, ὅκως τίν' ὡς μέγιστον ἔρξειεν κακόν. In eiusdem carminis vs. 106 sq. necessario

corrigendum: *οὐδ' ἐς οἰκίην ξεῖνον μολόντ' ἂν προφόνως δεχοίατο* pro *μολόντα*. Fragm. XVII fortasse scribendum:

Θύουσι Νύμφαις τῷ τε Μαιάδος τόκῳ·
οὗτοι γὰρ ἀνδρῶν μνῆμ' ἔχουσι ποιμένων.

Vulgo *αἷμ' ἔχουσι*, quod in *τέρμ' ἔχουσι* parum probabiliter mutabat Schneidewinus. Cfr Theognis vs. 112 *μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν*. Denique iniuria, puto, Schneidewinus auctore Welckero ad Simonidem rettulit hos versus a Stobaeo Flor. CXX 9 servatos:

Εὔθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' Ἄϊδος
ἀταρπὸν ἕρπων· οὐ γάρ ἐστι δύσβατος
οὐδὲ σκαληνός, οὐδ' ἐνίπλεως πλάνης,
ἰθεῖα δὴ (fort. *δ' ᾗ*) *μάλιστα καὶ κατακλινής*
ἅπασα κὴκ μεμυκότων ὁδεύεται.

Qui versus cum a Stobaeo Leonidae tribuantur, nescire me fateor, cur non Leonidae Tarentino adscribantur, cuius poesin ab iambicis carminibus nequaquam alienam fuisse docent quae in Anthol. Palatina leguntur carmina tria vol. II p. 252. 680. 719.

Addam his locum ex Solonis carminibus Fragm. 29 apud Schneidewinum p. 35:

Εἰ γὰρ ἤθελον
ἃ τοῖς ἐναντίοισιν ἥνδανεν τότε,
αὖτις δ' ἃ τοῖσιν ἑκατέροις δρᾶσαι δίχα,
πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις.
τῶν οὕνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυκλεύμενος
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος.

Ita enim recte haec a criticis emendata sunt, nisi quod versu quinto grave vitium latet adhuc in voce *ἀρχήν*, quod non tollitur Lobeckii coniectura *ὀργῇ*. Valde mihi probabile videtur scripsisse poetam:

τῶν οὕνεκ' ἄρκυι πάντοθεν κυκλεύμενος
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος.

H. e. casside undequaque circumclusus velut lupus in canum turba in omnes partes me versabam. Quod versu ter-

tio reposui pro edito *ἃ τοῖσιν ἀτέροις δρᾶσαι βίᾳ*, debetur acumini H. L. Ahrens, hospitis nuper nostri iucundissimi.

EPIMETRUM VI.

Quam ad Fragm. Anonym. com. p. 683 grammatico Segueriano medelam attuli, eandem etiam aliis grammaticorum glossis adhibere licet.

I. Photius, *Οὐδὲ τἀρχαῖον ποιεῖ: ἐπὶ τῶν μὴ λυσιτελούντων. ὁ δ' ὀξὺ κριθεὶς ἐπὶ τῶν ἐλαχίστων.* Priora etiam Suidas, at sine explicatione, et Appendix Prov. Goetting. IV 36. ubi legitur, *Οὐδὲν ἀρχαῖον ποιεῖ: ἐπὶ τῶν εἰς μηδὲν λυσιτελούντων.* Kusterus interpretatur *ne antiquum quidem obtinet.* Imo *res ne sortem quidem reddit*, sc. nedum ut foeneret. Iam reliqua, quae novam utique glossam efficiunt, a prioribus separanda et ita scribenda suspicor: *Οὐδὲ ξὺ κνήθεις: ἐπὶ τῶν ἐλαχίστων.* In his *ξὺ* a *ξύω*, ut *κνὺ* a *κνύω*, rem minutissimam significat. Hesychius, *Κνύ: τὸ ἐλάχιστον.* Itaque *οὐδὲ ξὺ κνήθεις* verte *ne tantillum quidem scabis.*

II. Apud Grammaticum Bekk. Anecd. p. 432 post articulum *ἀπὸ μισθωμάτων θύειν* sequuntur haec: *λέγουσι δὲ 'Αττικοὶ οὕτω καὶ τὸ ἀπαιτῆσαι τῶν μέτρων τὸ ὑπερχειλές. καὶ ὀμόργματα τὰ ἐπίμετρα λέγεται.* Nemo monitus dubitabit quin his praefigi debeat *'Απομόρξαι.* Praeterea pro *ἀπαιτῆσαι* repone *ἀποψῆσαι*, cll. Hesychio, *'Αμοργέας: ἀποψῆσαι. ἢ ὀμόρξαι.* Ubi pro *ἀμοργέας* lege *ἀμόρξαι.*

III. Hesychius, *Διασφυδῶσαι: αὐξῆσαι, ἀπὸ τοῦ σφύζειν. Διὰ σφέων: δι' ἑαυτῶν. παρ' 'Ιπποκράτει.* Non credibile est in tali causa Hippocratem ab Hesychio testem citari. Scribendum videtur:

Διασφυδῶσαι: αὐξῆσαι, ἀπὸ τοῦ σφύζειν.
Διασφύξιες: παρ' 'Ιπποκράτει.
Διὰ σφέων: δι' ἑαυτῶν.

Hippocratis locus est in libro de Aliment. p. 111 44.

IV. Hesychius, *Μάγας: σανὶς τετράγωνος δεχομένη τὰς νευρὰς καὶ ἀποτελοῦσα τὸν φθόγγον ἢ τόκον προσφέρουσα μνᾶν μίαν.* Frustra haec interpretes Hesychii inter se conciliare conati sunt. Scribendum videtur:

Μάγας: σανὶς τετράγωνος — ἀποτελοῦσα τὸν φθόγγον.

Μναΐα οὐσία: ἡ τόκον προσφέρουσα μνᾶν μίαν.

Haec altera glossa, quod passim in Hesychio factum constat, suo loco mota est.

V. Hesychius s. v. *Θαργήλια. καὶ Θάργηλος χύτρα* *) *ἔστιν ἀνάπλεως σπερμάτων. καὶ παρὰ Μιλησίοις ἀγομένη ἐπιφρώνησις.* Haec postrema a superioribus distinguenda sunt; spectant enim ad Thargeliam Milesiam, feminam prudentia et venustate insignem, de qua alio loco dixi. Vidit hoc etiam Hemsterhusius, recte pro *ἐπιφρώνησις* corrigens *ἐπὶ φρονήσει*, sed post *ἀγομένη* male supplens *διὰ τιμῆς*. Scribendum potius *ᾀδομένη ἐπὶ φρονήσει, celebrata propter prudentiam.* Quae in eadem hac Hesychii glo sa de olla Thargelia traduntur, iis uti licet ad redintegrandum corruptissimum fragmentum Timoclis ex Dionyso fabula petitum, quod posui vol. III p. 594:

Ὁ δ' Ἀχαρνικὸς Τηλέμαχος ἔτι δημηγορεῖ.
οὗτος δ' ἔοικε τοῖς νεωνήτοις Σύροις.
B. πῶς ἢ τί πράττων, βούλομαι γὰρ εἰδέναι.
A. θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει.

Merito interpretes haerent in miro illo et inexplicabili *θανατηγὸν καλὴν χύτραν.* At si quis meminerit Telemachum illum Acharnensem propter fabarum omninoque leguminum amorem a poetis comicis irrisum esse (vid. Athenaeum IX p. 407 d. — 408 a), nihil magis rei accommodatum esse intelliget quam eum *Thargeliam ollam* circumferre dici. Proinde locus, personarum vicibus paullo aliter distinctis, ita scribendus est:

A. Ὁ δ' Ἀχαρνικὸς Τηλέμαχος ἔτι δημηγορεῖ;

---

*) Vulgo *καὶ ὁ Θάργηλος χύτρος.* Cod. *χύτρα* pro *χύτρος.* Recepi hoc deleto *ὁ.*

B. οὗτος δ' ἔοικε τοῖς νεωνήτοις Σύροις.
A. πῶς ἢ τί πράττων; βούλομαι γὰρ εἰδέναι.
B. θάργηλον οὗτος ἀγκάλῃ χύτραν φέρει.

H. e. *Thargeliam enim ollam brachio suspensam gestat.* Οὗτος si displiceat, possis etiam θαργηλίων γὰρ ἀγκάλῃ χύτραν φέρει. Ita enim fruges dicebantur. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 263 23. Θαργήλια: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τῶν θαργηλίων. θαργήλια δ' ἐστὶ πάντες οἱ ἀπὸ γῆς κάρποι. Sed verum videtur θάργηλος χύτρα, ut item alio loco Hesychius, Θάργηλος χύτρα: ἱεροῦ ἑψήματος. Photius, Θαργήλια: ἑορτὴ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος· καὶ μὴν Θαργηλιών· ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος ἱεροῦ ἑψήματος. Ubi post Θαργηλιὼν excidit καὶ θάργηλος. Eodem modo θάργηλος ἄρτος teste Cratete apud Athen. III p. 114 a. dicebatur panis ex novellis frugibus confectus. Nec omittendum quod idem Hesychius tradit, largum fructuum proventum θάργηλον dictum fuisse, καὶ τὴν εὐετηρίαν ἐκάλουν θάργηλον. Ita enim ex fide codicis, qui βυετηρίαν habet, legendum esse vidit Schowius. Musurus ἱκετηρίαν. Unum quod obscurum videri potest, est comparatio Telemachi ollam gestantis cum novis mancipiis. Sed quemadmodum servi primum in domum deducti boni ominis caussa ficubus caricis aliisque fructibus et bellariis perfundebantur *), ita eosdem εἰς εὐετηρίας σημεῖον ollam leguminibus impletam gestare et circa focum ferre iussos esse nequaquam improbabile est.

*) De hoc more vide intpp. Aristoph. Plut. 768 et Iohannem Siceliotam in Walzii Rhet. VI p. 382.

EPIMETRUM VII.

DE PARASCENIIS IN THEATRO ATTICO. *)

Apud Alciphronem Glycera Menandro quem Ptolemaeus Lagides Alexandriam honorificentissime invitaverat, inter alia quibus tenerrimum animi affectum prodit haec scribit: *Τί γὰρ Ἀθῆναι χωρὶς Μενάνδρου; τί δὲ Μένανδρος χωρὶς Γλυκέρας; ἥτις αὐτῷ καὶ τὰ προσωπεῖα διασκευάζω καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω, κἂν τοῖς προσκηνίοις ἕστηκα, τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ἢ ἂν κροταλίσῃ τὸ θέατρον* Lib. II ep. 4. ubi meo quidem iudicio ineptissime Glycera in *prosceniis* stetisse dicitur. Etenim proscenium, si primam vocis vim spectes, nihil est nisi spatium ante scenam h. e. magnum illum parietem spectatorum sedilibus obversum. Idem etiam de ipso pulpito sive logeo dictum esse praeter alios docet Plutarchus in libro quo non suaviter vivi ex praeceptis Epicuri docuit p. 1096 B: *χαλκοῦν Ἀλέξανδρον ἐν Πέλλῃ βουλόμενον ποιῆσαι τὸ προσκήνιον οὐκ εἴασεν ὁ τεχνίτης ὡς διαφθεροῦν τῶν ὑποκριτῶν τὴν φωνήν.* Denique proscenii significationem etiam ad ipsum illum parietem, certe quatenus scenici ornatus in eo conspiciebantur, translatam esse probat Duris apud Athen. XII p. 536 a. Demetrium dicens in proscenio pictum fuisse *ἐπὶ τῆς Οἰκουμένης ὀχούμενον.* Atque hinc nescio an Athenaei locus lib. XIII p. 587 b. explicari possit, ubi Nannio, famosissimi nominis scorto, *Προσκηνίου* cognomen inditum fuisse docet, *ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχε καί ἐχρῆτο χρυσίοις καὶ ἱματίοις πολυτελέσιν, ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη.* Nam cum machinae ad recipiendos ornatus scenicos parieti illi praetentae, dempto picturarum ornatu, non possent non videri

*) Edita haec sunt primum a. 1823 in programmate scholastico Comment. misc. Spec. I.

adspectu turpissimae, quam apto meretriculam illam cognomine appellaverint Athenienses, apertum est. *) Harum significationum quamcunque elegeris a sententia loci alienissimam esse sponte intellegitur. Accedit quod nusquam Graeci plurali numero dixere *προσκήνια*, sed constanti usu *προσκήνιον*. Quae cum ita sint, nihil relinqui video nisi ut prosceniis illis *parascenia* substituantur, in quibus explicandis a Groddeckii ratione (in Wolfii Anal. liter. III p. 113 sqq.) ita mihi discedendum esse intellego, ut non magnos illos in orchestram aditus inter spectantium sedilia et pulpitum sitos, sed aut Theophrasto duce apud Harpocration s. v. *παρασκήνια*, conclavia scenae circumducta et vestibus reliquoque ornatui seponendo destinata, aut aditus ex ipsis illis conclavibus in scenam patentes designari existimem. Ita Etymol. M. et Lex. Seguer. p. 292: *παρασκήνια εἰς τὴν σκηνὴν παράγουσαι εἴσοδοι. σκηνὴ δέ ἐστιν ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη*, ubi si *θυμέλην* de orchestra intellegi voluisset grammaticus, profecto non addidisset *ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη*. Quis autem nescit serioris aetatis scriptores frequentissimo usu thymelen de ipso proscenio sive pulpito dixisse? Multo minus Groddeckii rationi favent Ulpiani verba, *παρασκήνια* explicantis *τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους*, ubi adverte *ἐπὶ τῆς σκηνῆς* scriptum esse, non *ἐπὶ τὴν σκηνήν*. Suidae autem loco s. v. *σκηνή* nihil probari posse, quivis videt qui Etymol. M. p. 743 30 comparaverit. Utriusque scriptoris verba tantam ostendunt lectionis diversitatem tantaque omnium rerum perturbatione laborant, ut in neutram partem inde aliquid efficias. Neque obstat nostrae explicationi, in quo firmissimum sententiae suae patrocinium paratum putabat Groddeckius, Demosthenis locus Orat. in Mid. p. 520 Rsk.: *τὰ παρασκήνια φράττων, προσηλῶν, ἰδιώτης ὢν τὰ δημόσια,*

---

*) Non dissimulandum tamen hoc etiam aliter explicari posse. Etenim ipsi fabularum actores illius cognominis opportunitatem praebere potuerunt, qui cum inter agendam fabulam vestibus ornati essent splendidissimis, postea *ἐνδυόμενοι τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα πένητες καὶ ταπεινοὶ περιήρχοντο*, ut est apud Lucian. Necyom. 16.

parascenia obstruens, publicum locum ipse privatus clavis obturans. Verissime enim Spaldingius δημόσια cum παρασκήνια coniungendum negavit. Recte autem publicum locum dixit theatrum. Pollux IX 41: προσαριθμητέον τοῖς δημοσίοις θέατρον. In talem igitur locum quid iuris esse potuit Midiae, homini privato et nullo tum munere, quod ad civitatem pertineret, fungenti? Hoc est quod queritur orator. Cogita autem versari cum maxime Demosthenem una cum choreutis in conclavi aliquo post scenam exstructo, hoc ipsum agentem, ut chorum per scenam in orchestram deduceret. Interea Midias aditus illos in scenam patentes clavis occluserat; itaque chorum Demosthenes διὰ τῆς ἔξωθεν θύρας, ut Ulpianus ait, in orchestram deducere coactus erat. Intellegit autem Ulpianus unam earum portarum, quas παρόδους vocat Pollux, et quae ἔξωθεν, *extrorsum* h. e. a platea, in orchestram patebant: quum ii aditus, qui in scenam paterent, ἔσωθεν, *introrsum* h. e. e conclavibus scenae circumductis in pulpitum sive scenam, et ex pulpito in orchestram ducerent. Haec si recte disputata sunt, unus Didymi locus restat, cui suam Groddeckius sententiam de parasceniis superstruxit. Ὁ δὲ Δίδυμος, inquit Harpocratio, τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ὀρχήστρας εἰσόδους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι. Quis autem praestet, sive Didymum sive Harpocrationem orchestrae nomine non ipsam scenam designasse? Ita certe Etymol. M. p. 743 33: Ὀρχήστρα. αὕτη δέ ἐστιν ὁ τόπος ἐκ σανίδων ἔχων τὸ ἔδαφος, ἐφ᾽ οὗ θεατρίζουσι καὶ οἱ μῖμοι, et Etymol. Gudian. p. 504 30: σκηνὴ διάφορα σημαίνει — καὶ τὴν ὀρχήστραν.

His expositis ad Alciphronis locum, unde digressi sumus, redire liceat, ubi quo sensu dicantur ex nostra emendatione παρασκήνια, optime docent verba quae proxime antecedunt: ἥτις αὐτῷ τὰ προσωπεῖα διασκευάζω καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω. Quibus verbis quis non designari videat τὸν περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένον τόπον ταῖς εἰς τὸν ἀγῶνα παρασκευαῖς, ut Theophrasto auctore parascenia interpretatus est Harpocratio.

Alciphronis epistolas sub Menandri et Glycerae persona scriptas cum in manus sumpserim, haud abs re me facturum arbitror, si de alio quodam eiusdem scriptoris loco sententiam meam proposuero. Legitur is lib. II ep. 3. ubi scripsisse Menandrum Glycerae fingitur, se, etiamsi splendidissimis condicionibus invitatus fuerit a Ptolemaeo ut relictis Athenis Alexandriae domicilium vitae poneret, tamen a patria alio sole mutanda esse alienissimum. Ubi enim, inquit, in Aegypto mentem meam splendidissimorum ornamentorum et decorum, quibus Athenae abundant, contemplatione oblectabo? ubi conspiciam Ceramicum, forum, arcem, magnarum dearum mysteria, ubi *τὴν γειτνιῶσαν Σαλαμῖνα, τὰ στήνια, τὴν Ψυττάλειαν, τὴν Μαραθῶνα, ὅλην ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα, ὅλην τὴν Ἰωνίαν*; Hic miratur novissimus editor, quid sit quod Psyttaleam, ignobilem insulam, se desideraturum scripserit Menander, non miraturus, opinor, si ea potissimum loca Menandrum enumerare meminisset, quae maxime propter Salaminiam victoriam inclaruerant. Ac Psyttaleae haud postremas in illa Persarum clade partes fuisse docet Aeschylus Pers. 453 sqq. et Herodot. VII 95. Eiusdem observationis ductu haud scio an etiam obscura illa et corrupta verba *τὰ στήνια* sive, quae codicis lectio est, *τὰ στήνα* expediri queant, pro quibus si *τὰ Σιλήνια* reposueris, nihil opinor ad integritatem loci desiderabis. Fuerunt autem *τὰ Σιλήνια* Salaminos promontorium Persarum clade inprimis nobilitatum. Aeschylus Pers. 308 Blomf.:

Ἀρτεμβάρης δὲ μυρίας ἵππου βραβεὺς
στυφλοὺς παρ᾽ ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων.

Ad quem locum scholiastes a Blomfieldio citatus: *Σιλήνια αἰγιαλός ἐστι τῆς Σαλαμῖνος τῆς λεγομένης Τροπαίας ἄκρας, ὡς Τιμόξενος ἐν τῷ περὶ λιμνῶν φησί.* Legendum videtur *Τιμοσθένης ἐν τῷ περὶ λιμένων.* *) Timosthenem

---

*) Vocabulorum *λιμὴν* et *λίμνη* perpetua est confusio. Apud He-

enim, Ptolemaei Philadelphi nauarchum, decem libros de portubus scripsisse auctor est Strabo lib. IX p. 515 Lips. qui eiusdem scriptoris meminit lib. XIII p. 433. Neque ex alio Timosthenis opere ducta suspicor quae attulit Stephanus Byz. s. v. Ἀρτάκη, schol. Theocr. XIII 22 et Apollonii Rh. II 297. ubi vitiose editur *Δημοσθένης*.

---

sychium, Ἐν λιμένι, τῷ ἐν τῷ γυμνικῷ θεάτρῳ, legendum suspicor Ἐν λίμναις: ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ.

VERSIONES
HUGONIS GROTII.

PHILEMON.

ΑΓΥΡΤΗΣ.

Quam prava tota est indoles mortalium,
quae ceteroqui non egeret legibus?
Tun' credis hominem relicuis animantibus
differre? nihilum distat, hoc demto tamen,
quod alia quum sint prona, rectum animans homo est.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

I.

Cunctis hominibus bene pol fecisti, Solon:
nam te commemorant esse auctorem principem
adeo popularis ac salutaris rei:
(namque haec conveniens mihi, Solon, oratio est:)
in urbe iuvenes quum videres plurimos,
quibus deesset nil naturae partium,
libidinantes in ea quae attingi nefas,
emtas mulieres certis statuisti in locis,
in hoc paratas, publici ut iuris forent.
nudae adstant: specta penitus, ne falli queas.
bene non est tibi? distenderis libidine?
est unde apertas indipiscaris fores:
sat obolus: intra: nulla detrectatio:
licet continuo quum libet et quantum libet.
existi? iube eam flere: nihil ad te attinet.

ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΩΝ.

Eheu! namque ipsa, suggerente nemine,
tristitia vocem extorquet hanc lugentibus.
quod si quis Salve dicat moerenti obvius,
salvere voce, reapse flere illum iubet.

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΣ.

Infundat aliquis ad bibendum, et mattyam
citius parate.

ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.

Nunc nosco fortunam probe ut non una sit,
neque prima, nostro sed simul cum corpore
fortuna nobis protinus connascitur,
nec quis alii donare fortunam potest.

ΑΠΟΛΙΣ.

Nec ille tantum reperit, quo pacto diu
absentes alter colloquamur alteri,
et qua ratione, quod quis addidicit semel
oblivionis e potestate eximat,
retro gesta repraesentans: verum adeo insuper
reliquit animi medicatrices litteras.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

Vultus minatur, pavida mens intus sedet.

ΕΞΟΙΚΙΖΟΜΕΝΟΣ.

Here, quisquis est homo natus, quamvis serviat
is servitutem, tamen esse homo non desinit.

ΕΠΙΔΙΚΑΖΟΜΕΝΟΣ.

I.

Nullus concentus est auditu suavior,
quam quum dissimulat, petitur qui conviciis:

nam qui ridetur id si non aegre tulit,
ridendo risor ipse ridiculus manet.

II.

Promtum diserto lingua perfugium, pater.

ΕΦΕΔΡΙΣΤΑΙ.

II.

Consulere facile est, facile non est exsequi.

ΕΦΗΒΟΣ.

I.

Non, ut videtur, hi qui in alto navigant
soli iactantur tempestatibus, Laches,
sed et hi spatiantur qui porticibus publicis,
aut intra septa se domorum continent.
at illi qui se pelagi credunt fluctibus,
aut una nocte aut uno vexati die
salutem mox reperiunt, aut navalium
tuto receptu, aut ventis aspirantibus:
mihi vero id non contingit; nec in unum diem,
sed in vitam omnem turbine infesto obruor,
magis magisque gliscente aegrimonia.

ΘΗΒΑΙΟΙ.

Mei quidem unus dominus, at vestrum omnium,
quos liberos vocamus, imperium obtinet
lex, vel tyrannus, et tyrannorum, metus.
reges superstant subditis, dî regibus,
necessitas dis. iuris alieni vides
quodcumque rerum est; parva sub magnis iacent,
aliisque debent alia servitii fidem.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

Nihil est quod homini non sit indagabile,
si quaeritandi non recusetur labos.

ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

I.

Si mala novisses, quae alios implicitos tenent,
libens haberes, Nicophon, quae nunc habes.

ΜΥΣΤΙΣ.

Male habere non tam male habet hunc qui habet male,
quam quod visum ad se singulis ventantibus
male habens qui se habeat commemorare cogitur.

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ.

I.

Aliquid et te ipsum, nate, conari decet,
non spes in una habere Fortuna sitas,
ubi quid exoptas; nam cum Fortuna simul
si quid labores, facile id Fortuna efficit,
vel in hoc ne sola absque alio faciat quod facit.

ΠΑΙΔΕΣ.

Servo mala est fortuna delinquens herus:
partem subire nam malorum cogitur.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Sola inter homines atque caelestes deos
iustitia laudes semper aeternas habet.

ΠΤΕΡΥΓΙΟΝ.

I.

Tun' almum credis esse Cornu Copiae,
quale effigiant pictores cornu bubulum?
imo est argentum: quod tu si habeas, dixeris
si quid cupias, omnia extemplo affluent,
testes, amici, socii, contubernia.

ΠΤΩΧΗ Η ΡΟΔΙΑ.

III.

Moriendum si esset omnibus qui non habent
quod animus optat, esset moriendum omnibus.

ΠΥΡΡΟΣ.

Sollicita quaerit philosophorum natio,
immane quantis temporum dispendiis,
quae sit boni natura; nec reperit tamen.
virtutem praefert ille, at hi prudentiam:
omniaque dicunt potius, quam quid sit bonum.
ego terram fodiens, vivens vitam rusticam,
quam facile inveni, Iuppiter, quid sit bonum!
pax nempe, sospitatrix et clemens dea:
prolem, cognatos, sacra, amicos, nuptias,
annonam, vinum, sanitatem, gaudia,
divitias pax fert: ista si defecerint,
nulla esse hominibus vita vitalis potest.

ΠΥΡΦΟΡΟΣ.

Edepol nec pictor quisquam est nec statuarius,
qui talem possit arte pulchritudinem
exprimere qualem rerum veritas habet.
at vero periit usus simulachrûm omnium,
nisi ars peritos iudices invenerit.

ΣΑΡΔΙΟΣ.

I.

Lamenta nostris si mederentur malis
et possent fletu deliniri miseriae,
auro licerent contra et pluris lacrumae.
nunc non attendit luctum res, nec respicit;
sed, plores seu non plores, insistit viam.
quid proficis? nec hilum: at interea tamen
ut arbor poma, sic dolor lacrumas parit.

ΣΙΚΕΛΙΚΟΣ.

I.

Facile omnes homines aliis consilium damus,
sed in re nostra non tam facile est exsequi.
a medicis argumentum est in promtu situm,
praccepta videas quos dare invalentibus
victus severi: at ipsi si in morbo cubent,
eadem illa facere quae aliis interdixerant.
credo una nolunt dolor esse et curatio.

II.

Equidem putabam, hoc proprium et eximium sibi
Siciliam habere, ut caseos faciat bonos;
hoc unum: ex fama adieci praeterea alterum,
Siculas vocari varias vestes audiens:
ergo textilia hanc ferre credebam et greges.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

Ut me narrare caelo et telluri lubet,
illinc egressum, quemadmodum struxi dapes.
ut suave est semper, per deos, quoties bene
res cedunt! piscis ille quam factus tener,
qualem apposivi, non medicatum caseo,
t nctumve adscitis desuper coloribus.
parebat assus qualis dum vixit fuit:
quam temperate ac molliter ignem admoverim
assando pisci, vix est quisquam ut creduit.
ita se res habuit, magni ut si quid in cibum
gallina rapuit, illa in orbem cursitat,
quaerens id ut edat: hanc insequitur altera
non illa minus approperans: plane ad hunc modum
qui patinae primus in voluptatem incidit,
continuo subsultavit et patinam tenens
in orbem fugit, sectabantur ceteri.
res digna plausu: quidam nacti aliquantulum,
nil alii, reliquum reliqui: atqui acceperam
pisces coquendos limedones, amnicos.

quid si accepissem scarum? quid si ex Attica
glauciscum, pro dî summi, aut ex Argis aprum,
aut congrum amica de Sicyone qui venit,
coenam Neptunus quam caelitibus fert deis?
certe convivas cunctos fecissem deos.
reperi immortalitatem: nam iam mortui
in vitam redeunt, si quid olfaxint mei.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

Agricola semper dives annum in proximum est.

ΦΙΛΟΣΟΦΟΙ.

Novae namque institutor hic sapientiae est:
quum doceat esurire, discipulos habet:
accedit pani ficus, potanda est aqua.

FABULARUM INCERTARUM FRAGMENTA.

I.

O Cleon, desine nugarum: nisi quid addiscas boni,
non vides ut omni auxilio vitam destituas tuam?
namque ut naufragus natator, terram nisi prehenderit,
non quit adipisci salutem; sic qui pauper factus est,
artem nisi didicerit, vitam nequit in tuto ponere.
Sunt pecuniae mihi, inquis; nempe quae pereunt cito.
At domus sunt, sunt et agri. Nescis Fortunae vices,
quae perfacile divitem hodie cras mendicum fecerit?
nempe artis si quisquam nostrûm portum intrarit, ancoram
deiicit, et sic extra pelagi se locat violentiam.
at si eveniat imperito, ut tempestatum turbine
rapiatur, non reperit quod senectus praesidium occupet.
Sed tribules et sodales et cognati conferent.
Imo opta illorum periclum ne sit faciendum tibi:
sin eo venies, comperies umbras esse, aliud nihil.

II.

Latere nemo quem suum peragens opus,
nec re peracta, nec peracturus potest

hominum deûmve, solus Aer ille ego,
quem nomine alio nuncupant Diespitrem.
tum vero ubique ego adsum, quod proprium est dei.
Patris, Athenis hîc et in Siculo solo:
in urbibus conspicior, in penatibus.
vobis in ipsis nulla portiuncula est,
ubi non sit aer: unde, praesens omnibus
quum sit, necesse est rerum et ignoret nihil.

III.

At cur Prometheus fictor humani gregis
animantiumque reliquorum, unam singulis
generibus bestiarum naturam dedit?
immane cunctis robur est leonibus:
ingenium pavidum lepores nusquam non habent:
nec inter vulpes alia vafris moribus,
alia est simplicibus: quin tricena vulpium
si forte millia in unum contraxis locum,
erit per omnes unus ingenii tenor.
at inter homines quot sunt numero corpora,
totidem videre est studia et vivendi modos.

IV.

Si rem fatemur, omnium miserrimum
quaecumque vivunt aestimandus est homo.
nam curiosa cuncta sollicitudine
rimans laborat semper, et saepe excidit.
tum terra mater ceteris animantibus
quotidianum sponte victum suggerit,
dans sponte: non, ut nobis, quando plurima
praebuimus ipsi, quod satum est, sortem meram
resolvit aegre: foenore ut se liberet
allegat aestum vel pruinosum gelu.
ac forte, solus quando homo negotium
ipsi facessit, dum fodit subter super,
frustratione hac se vicissim ulciscitur.

V.

Here, persaepe homines graviora efficiunt mala

ipsi sibi ipsis quam sunt ea suapte vi.
excessit vita natus aut mater puta,
aut proxima aliquis ex necessitudine:
id si quis sic accipiat: nempe obiit diem
homo natus, quantum fuerat tantumdem est malum.
quod si sic: Periit: non tuebor amplius,
heu vita invita! qui ista secum deputat,
is ad malum alia sibi consarcinat mala
at qui rationis cuncta ad arbitrium vocat,
is quod dolet deducit, retinet quod iuvat.

VII.

Incommoditates multas divitiae adferunt:
suboritur odium, invidia, contumelia,
negotiorum taediosorum seges,
et unda rerum, et victus aggeratio.
res agere semper solitus, animam mox agit,
opes fruendas linquens heredi suo.
quare me potius pauperem dici iuvat,
et pauca habere et non sollicitum vivere,
nec divitiis onustum nec negotiis:
nam multa mala compendifaciunt pauperes.

VIII.

O fortunatas vere animantes ceteras,
quas nulla cura mordet rerum eiusmodi:
non crimen metuunt, non impingunt alteri,
nec defatigant se malis accersitis:
sed quam unaquaeque secum naturam attulit,
hanc solam legem novit, huic se attemperat.
at homines miseri vitam invitam ducimus,
opinionum servi, inventis legibus,
maiorum, posterorum. non ullum est mali
effugium: praesto semper est causatio.

IX.

Ego mediusfidius arbitrabar, Sosia,
solos egenos vivere in moeroribus
et tristitate; at contra, vitam divitum

leporis esse plenam atque hilaritudinis.
nunc differitatem video solam atque unicam
quotidiano in sumtu et dimenso sitam:
at plus habere taedii qui plus habent.

X.

Non iustus omnis abstinens iniuriae est,
sed qui nocere quum potest tunc abstinet;
nec qui recusat parva, sed qui maximis
tentatus animi robur invictum gerit:
nec quisquis ista quolibet praestat modo:
sed qui dolosi nescius fuci, integra
probitate, iustus esse, non credi, studet.

XI.

Quicumque dicit ad rem quae non pertinent,
duas locutus syllabas, prolixus est:
at bene dicentem ne prolixum dixeris,
quantumvis dicat multa et multo tempore.
ab Homero sume testimonium tibi:
is quum exararit versuum tot millia,
nemo est Homerum qui prolixum iudicet.

XII.

Ager mihi instar medici est: ita me perpetim
alit severae lege parsimoniae,
tenuem suppeditans frugem, villi tantulum
quod odori sat sit, pauxillum oleris, ceterum
siccas dapes et rupicosas, capparim,
thymum atque asparagum, haec sola: proin metuo nimis
ne me excarnificet misera macie perditum.

XIII.

Quemquem servare videro ecquis sternuat,
ecquis loquatur, ecquis promoveat pedem,
hunc sine mora ulla duco venalem ad forum.
sibi quisque nostrûm sternuit, loquitur sibi,
sibi progreditur, non populo Quiritium.
ita porro eunt res, ordo ut naturae iubet.

XIV.

Fortuna quoties aliquoi delicias facit,
tu te afflictare noli: nam Salaciae
extemplo cessim fertur elegantia.
sed nec vitulare alterius miseritudine.
Fortuna domitat eadem ac vorsat omnia,
et nemo vincit nisi Fortuna faverit.

XV.

Paupertas etiam hominibus deducit fidem:
nam pauper, quamvis catus et quod negotium
facto consuadens, gravis est auditoribus:
quia cassa pondere inopis est oratio.
at dives plenus falsis falsimoniis
ita auscultatur quasi res compertas ferat.

XVII.

Quoties amicum apud hospitem diverteris,
dum sermo largus horsum et illorsum vagat,
suam ille si urbem praedicassit maximam,
tuam ex advorso patriam ne contenderis.
amicos inconciliat aequiparatio.

XVIII.

Bene quod fecisti id exprobrasti non bene
verbis mendicis operam opimam destruis,
iactans amico quod per te evenit boni:
re fueras imperator, verbo es carnifex.

XIX.

Fidem deorum, quantum ingenium est cochleae!
quae si vicinum nacta est illaudabilem,
domum sibi tollit alioque immigrans abit:
ita aevum securum agitat, devitans malos.

XX.

Quod est ferundum, fugere ne contenderis:
nam nemo effugiet sibi ferundum quod manet.
quod enim fatale est, id non modo mortalibus,
sed ipsis etiam superis insuperabile est.

XXI.

Quoties nostrûm aliquis extra portas prodiens
hominum sepulchra cernit, secum cogitet:
nemo non horum dixit, Mercabor mari,
pangam hortum, possidebo munitum bene.

XXII.

Si noveris homo quid sit, sat felix eris.
interiit aliquis: ne sit cordolium tibi.
haec peperit, haec non peperit; est alius miser;
hic tussit; ille plorat: haec fert omnia
natura secum; tu tantum luctu abstine.

XXIII.

Nimirum es homo: nec invenire est uspiam
mala qui non sit sensurus aut iam senserit.
at qui quod fert fortuna quam minimum facit,
utrumque, et plus sapit, et est fortunatior.

XXIV.

At quid rei est quod ille me visum cupit?
an, ut dolentes in valetudinario,
apparuit quum medicus, subito dedolent,
ita tristitate et moestitudine obsitus
cruciatur minus amicum praesentem intuens?

XXV.

Oratio animi sedat aegrimoniam.
ut splenium, si recte illinitur, flammeos
sedat tumores; itidem amica oratio
attemperata leniter praecordiis
restituit animam afflictam moestitudine.

XXVI.

Credi deum colique, non quaeri decet:
nam praeter ipsum quaerere acquires nihil:
quin sitne necne parce scrutari: interim
verere, tanquam qui sit atque adsit tibi.

XXVII a.

Tu vero quid sit, mihi dic, libere loqui!
loqui tun' audes inter homines, ac si homo

tute esses? ambulare et eundem ceteris
trahere audes aerem tu, quum sis huiusmodi?

XXVII b.

Multûm malorum causa sola atque unica est
tristitia: moeror quippe cerritos facit,
aliasque pestes generat insanabiles;
multi dolore vitam ademerunt sibi,
dum spem salutis superat lucti vastitas.

XXVIII.

Eorum quae homines possident iustissimum
ager est, suppeditans quorum natura indiget:
nempe oleum, vinum, caricas, mel, triticum.
at vestes purpureae atque vasa argentea
usum in tragoedia habent, in vita non habent.

XXIX.

Saepe hodie qui vix a se porcebat famem,
postridie alios aluit larga alimonia:
et rursus hodie qui thesaurum repererat,
postridie omnem rem suae amisit domi.

XXX.

A. Syra, heus Syra. S. Hem quid me vis? A. Ut vero vales?
S. Nunquam istud percunctare, senem si videris
anumve: quippe liquido non recte valent.

XXXVI.

Exactam aetatem si quis dives attigit,
ei senectus commodo est eatenus
quod pro manuductrice habet pecuniam.

XXXVIII.

Prope cum mors venit, nemo est sibi qui illam velit.
qui moritur, moritur fati arbitrio, non suo.

XXXIX.

Sit quamvis servus, corpus uniusmodi est.
natura servum nunquam genuit neminem:
sed vis fortunae est quae homines fecit subiuges.

XL a.

Si quis post mortem sensus, ut quidam putant,

superesset, laqueo vitam finirem mihi
libens, liceret ut spectare Euripidem.

XL b.

Sphingem marem equidem, non coquum, admisi in domum;
namque, ut simpliciter dicam, nihil intellego
horum quae loquitur: intrat meditatus nova
vocabula.

XLI.

Si quae bonorum habemus his non utimur,
quae non habemus quaerimus, semper bonis
aut nostro vitio aut fortunae carebimus.

XLII.

A. Quid vivere opus est nescienti vivere?
B. At vinum in causa est. nempe quot sunt ebrii,
mancipia totidem vini potati aspicis.
quodcumque feci vinum me facere impulit.
A. Malum id necesse est vinum fuerit, Nicophon.

XLIII.

Habet malignus livor hoc in se boni,
quod eligentes insequi sectam suam
comes fidelis mille discruciat modis.

XLIV.

Bonae mulieris, o Nicostrata, est dare
non imperiosam, sed morigeram se viro.
viro superior femina, immensum est malum.

XLV.

Here, tute homo quum sis natus, fieri non pote
homo ne sis: frustra est ista lamentatio.
necesse est habeat multa, qui vivit, mala.

XLVI a.

Si circumspicias, nemo est medicorum omnium
recte valere amicos qui cupiat suos,
nec miles urbis placidum qui exoptet statum.

XLVI b.

Tam subito imbellis factu's? nam, ne nescias,

non fortitudo est ista, verum imbellia
animi impotentis ferre moestitudinem.

XLVII.

Ego ob res istas doleo vehementer quidem,
sed prae dolore sapere non cesso tamen.
hoc est quod me hominem praestat, hoc me sospitat.

XLVIII.

Profecto hominibus nulla Fortuna est dea:
nulla, inquam: verum quicquid temere provenit,
Fortunae a nobis accipit vocabulum.

XLIX.

Omnes aspiciunt primum; mirari subit,
tum contemplari; spes succedit postea:
ex horum coetu postea amor enascitur.

LI d.

Qui non veretur ipse semet, conscius
sibi mali facinoris quod commiserit,
hic quomodo alios nescios reverebitur?

LIII.

Aestate crassum gestitabat pallium,
at hieme lacerum, ne non esset continens.

LIV.

Lapsum aliqua in parte ne concastiges senem:
stirpes vetustas transmovere est difficul.

LV.

Non tantum, Pamphile, istaec nostra corpora,
sed curas ipsas auget accedens dies.

LVI.

Quod artium usquam in rebus conspicitur, Laches,
id non magister homines docuit, sed dies.

LVII.

Ipsi quae per nos facimus, horum gloriae
nullam Fortuna vindicat partem sibi.

LVIII.

Quicumque mentis non satis compos suae est,
audit, nec audit ille, videt et non videt.

LIX.

Furiamur omnes, ira nos quoties rapit;
retinere bilis impetum magnus labor.

LX.

Vox, Nosce temet, Delphicis sacrariis
inscripta, famam, crede, non frustra obtinet.

LXI.

O quam miseriis pristinis dulce est frui!
ni male fuisset ante, gauderem minus.

LXII.

Nimium benigne dum doces, nimium invides,
idque agis ut haec tot audiens discam nihil.

LXIII.

Non homo, sed miles, quem sagina ut victimam
pascit, suo mox immolandam tempore.

LXIII b.

Quanto benignum satius est dominum pati,
quam vivere inopem liberi sub nomine.

LXIV.

Tu me peperisti, mater: sit feliciter
tibi fruisci prole, tua ut pietas meret.

LXV.

Ita comparatum est in vita mortalium,
minus ut boni sit, mulier, plus incommodi.

LXVI.

Multa in familiis multis eveniunt mala,
recte ferendo quae vertuntur in bonum.

LXVII.

Hoc alius alio praestat, quod constantius
bonam malamque didicit fortunam pati.

LXVIII.

Primum opto sanitatem, tum res prosperas,
gaudere deinde, dein debere nemini.

LXIX.

Homo pauper qui vult vivere, foede vivere
vult: nam paupertas ad delinquendum incita est.

LXX.

Ita quando mentem trepidus obsedit pavor,
expectorari nec dormitando potest.

LXXI.

Tristitia egregie effingit, sine tectorio,
duplo maiora quam reapse sunt mala.

LXXII.

Ne dic daturum te: qui dicunt, dant nihil,
et obstant aliis ne dent, qui alioqui darent.

LXXIII.

Servo, si nequam est, tempus supplicii imminet:
non est cur illud cupias antevortere.

LXXIV.

Fortunae cave necrecte dixis: nam mala
tempestas etiam res divinas atterit.

LXXV.

Beneficium omne fit de minimo maximum,
accedit quoties dantis benevolentia.

LXXVII.

Deformis mulier pulchra est pulchris moribus:
antestat vitae gravitas pulchritudini.

LXXVIII.

Malum consilium feminae nunquam duis:
leve namque genus est, et plus quam satis est malum.

LXXIX.

Quid tumulum alterius ornas serto textili?
condecora potius sertis aetatem tuam.

LXXX.

Coronas tibi et unguenta viventi para,
quorum usus dulcis est, sentire dum licet.

LXXXI.

Vel usque nubes si supercilium attrahas,
deducet inde mortis violens impetus.

LXXXII.

Fugisti mortem: ne dic, Fugiam denuo:
namque ut fugisti, sic et non fugere imminet.

LXXXIII.

Qui viduum veste vestivisti pauperem,
id si exprobrassis, devestivisti magis.

LXXXIV.

Ne dic qui fueris, sed qui sis circumspice,
aptaque te praesentis fortunae ad modum.

LXXXV.

Vir qui consilium quaerit muliebri a secu,
lapsum se credens, de integro labi studet.

LXXXVI.

Noli indagare quid deus sit: impium est
eum discupere scire qui sciri nevolt.

LXXXVII.

Peccat senectam quisquis exposcit deos:
siquidem senectus multa fert secum ultima.

LXXXVIII.

Adolescentari noli iam factus senex,
venerandam nec canitiem conspurca tuam.

LXXXIX.

Non urbs tibi dat nobilem propaginem,
sed tu nobilitas urbem factis inclytis.

XC.

Nam qui deum venerantur, egregias habent
spes ad salutem.

XCIII.

Bellariorum ad paleas asinus venis.

XCIV.

Tibi verba facio, Tantalo, Croeso, Midae.

XCVI.

Vir quis bonus sit, tempus indicium facit.

XCVII.

Absconditum omne ducit in lucem dies.

XCVIII.

Sors versat alios alia, ceu plenos deo.

XCIX.

Quodcumque vinum nimium est, hoc ipso malum est.

C.

Potaram: nempe ad culpam id obtentus sat est.

CI.

Hominem esse temet noveris ac sis memor.

CII.

Cupido labore quod cupis datur assequi.

CIII.

Mulier necessitatis perpetuae est malum.

CIV.

Sibi solum agentem fors alit quamvis mala.

CV.

Ad poenitendum properat qui uxorem accipit.

CVI.

Uxorem si non duxis, vives commode.

CVII.

Venerarier parentes inprimis stude.

CVIII.

Res dulcis pater est, liberos si diligat.

CIX.

Satius mori quam vivere infeliciter.

CX.

Morbum quam tristitatem exantles facilius.

CXI a.

Aequo arbitratu capsis benefacta ac duis.

CXI b.

Herum atque servum inter se committas cave.

CXII.

Oratio animi sedat aegrimoniam.

CXIII.

Opes novas acquiret, non mores novos.

CXVII.

Magna vis est temporis,
quae cuncta vastat.

PHILEMONIS IUNIORIS FRAGMENTA.

I.

Sic hoc abire sinite, atque istud cernite,
ad assandum ignis ne sit aequo tenuior
(elixas namque is carnes, non assas facit),
nec vehemens: namque is urit cuncta extrinsecus,
neque interim ipsas penitus carnes percoquit.
non si quis gestat ad confutandum truam,
adde etiam cultrum, dixeris recte coquum;
nec si quis pisces in patellam iecerit:
prudentia opus est hoc quoque in negotio.

II.

A. Quid hoc est hominis? B. Medicus. A. Proh superûm fidem
quam miser est omnis medicus si nemo est miser!
causidicis hoc et medicis praecipuum obtigit:
occidunt, legem nec timent Corneliam.

PHILEMONIS SPURIA.

I.

Tune arbitraris mortuos, Nicerate,
quîs omnis vita satura deliciis fuit,
effugere posse tanquam non memorem Deum?
iustitiae vigil est oculus, qui nîl non videt.
ideo silentum credimus calles duos,
quorum ille iniquos teneat, iste autem pios.
nam si tantumdem referent malus atque innocens,
et utrosque tellus pondere aeterno premet,
i, cape, furare, defrauda, misce omnia.
sed ne te falle; sua et in Orco notio est,
quam Deus instituet rerum dominus omnium,
cuius tremendum nomen, nec fandum mihi;
qui spatia profert quamlibet peccantibus
mortalis aevi.

II.

A. Dic quaeso qualem fas putas credi Deum?
B. Qui cuncta spectet ipse non spectabilis.

MENANDER.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

II.

Blandiloquentia
plus saepe emendes natum, quam malo ac metu.

III.

Fili animo morem qui gerit, habet is pater
vitae adiutorem, non subsessorem, suae.

IV.

Non usquequaque hominibus cedendum est malis,
sed obnitendum saepe, ni totam undique
sursum deorsum volumus vitam vortier.

VII.

Quid multa cauto, multa quum timeas, opus?

VIII.

Vix cognatum pauperi
reperire est: omnes a sese alienum putant
hunc qui non facile se opibus sustentat suis,
quia semper metuunt aliquid postularier.

IX.

Mens timida semper pauperi est: atque omnibus
se suspicatur esse despicatui.
At quorum res sunt, Lampria, meliusculae
animo obstinatiore perdurant mala.

ΑΛΙΕΙΣ.

II. III.

Nepotem ita egit, agere ut non posset diu.
Mortis e generibus proprium si sit capiendum mihi,
optimum hoc ego deputem, iacere tentis ilibus
pinguem, vix loquentem, resupinum ac sublimi anhelitu,
esitantem ac mihi dicentem, Diffluo voluptatibus.

V.

Qui primus reperit artem altricem pauperis,
multos effecit miseros: simplicius fuit,
hunc cui difficilis vita est mature mori.

VI.

Filia molestum incommodumque peculium est.

VII.

Pecunia homines gratiosos efficit.

VIII.

O grata tellus, longo te post tempore
visam saluto: non honos hic cuilibet
humo fit, sed agrum quoties intueor meum.
id quod me nutrit numinis veneror loco.

IX.

Nos promontorium
flectentes ut conspiciunt, naves ilico
solvunt ingressi.

ΑΝΔΡΙΑ.

Amor offundit omnibus
nebulas, et his qui rectam sectantur viam,
et iis qui pravam.

ΑΝΔΡΟΓΥΝΟΣ Η ΚΡΗΣ.

III.

Magni aestimandum semper est assuescere.

IV.

Casus quoscumque par est opperirier
mortalem natum: nam nihil est statarium.

VI.

Crato, ego amicitiae praesidem testor Iovem.

Α Ν Ε Ψ Ι Ο Ι.

I.

Ingenio suo
Amor ad consilia surdus: tum vero haud facul
ratione superare et iuventutem et deum.

III.

Fortes progenerant asperi victus loca.

IV.

Haec fax aquosis tota madet humoribus:
quassanda non est, abicienda est protinus.

ΑΡΡΗΦΟΡΟΣ Η ΑΥΛΗΤΡΙΣ.

I.

A. Si es sanus, duxis uxorem cave,
vita quam nactu's derelicta: duxi ego:
eo ne ducas etiam atque etiam suadeo.
B. Decretum est, constitutum est: iacta est alea.
A. Perge igitur: verum ex animo ut sis salvus precor.
nam te in negotiorum conicies mare,
non Libycum, non Aegaeum, non Aegyptium,
ubi de triginta tres vix pereunt navibus:
at de coniugio ne unus enavit quidem.

II.

Mercatores illud Byzantium
facit ebriosos omnes: perpotavimus
tui causa noctem totam, et nimi', credo, merum:
etenim nunc surgo capita gestans quattuor.

IV.

Dies avita saepe quae fuerant bona
aliena fecit, corpori parcens: tamen
praesidia vitae solida in arte sunt sita.

VI.

Rectae rationi omnis locus
pro templo est: mens est quippe qui loquitur deus.

Α Σ Π Ι Σ.

III.

Militi causam salutis, Smicrina,
reperire difficile, exiti facillimum.

IV.

Nam quia quod optat, nilque praeterea videt,
nimis est ineptus veritatis arbiter.

V.

Reges o miserrimi!
nam quid praecipuum tandem habent? atque interim
quam vitam ducunt anxiam, custodiis
septi undequaque et munimentis arcium?
nam qui tam facile su picantur singulos
ad sese armatos pugione accedere,
supplicia pendunt quanta!

ΑΥΤΟΝ ΠΕΝΘΩΝ.

VI.

Caeca res pecunia est;
quique aciem in se defigunt, hos caecos facit.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΑ.

I.

Amantem si quis mente credit praeditum,
ubi ille rerum inveniet, quaeso, amentiam?

II.

Depulso quem aegrotaverat
morbo, sermones habitos nequiit reddere.

ΒΟΙΩΤΙΑ.

I.

Habenda non est insuper calumnia
quantumvis falsa; nam sunt qui augere assolent:
quapropter ista praecavere, negotium est.

II.

Multa reperias
molesta in rebus omnibus: sed id vide,
maiorem an partem efficiant quae insunt commoda.

III.

Multis divitiae sunt vitiis obtentui.

ΓΕΩΡΓΟΣ.

I.

Male feriatus sit necesse est quisquis est
qui vestram fuit in paupertatem iniurius;
fortunae insultans, ipsi quae forte imminet:
nam quamvis opulens, rebus incertis tumet.
fretum fortunae reciprocos aestus habet.

II.

Gorgia, homo pauper res est fastidibilis:
namque, ut loquatur ea quae sunt iustissima,
tamen loqui censetur quaesti gratia:
tritis lacernis qui advenit, statim audiet
calumniator, ipse sit laesus licet.

III.

O Gorgia, ille vir virorum est optimus
qui melius aliis callet ferre iniurias.
At amarus ille mos et irritabilis
degeneris animi praebet indicium omnibus.

IV.

Meo agro iustiorem nemo est qui colat:
nam flores profert tanquam caelitibus diis,
laurumque et hederam: quod si insevero hordeum,
tantumdem exacte reddit quantum acceperat.

VI.

Mentis es motae et ridiculus, qui quum ingenuam virginem
coeperis adamare, tacitus istas pateris nuptias
irritas tibi parari.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

I.

Dein hunc locutu'st in modum miserrimus,
ut collocare gnatam in matrimonium
gravetur, quinquaginta quum habeat filias.

II.

Maritum succo viventem suo,
nihil indigentem dotis ecce invenimus.

III.

Natum est subventaneum.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΩΝ.

I.

O Phidia, vero si laborares malo,
nimirum vero opus esset et medicamine:
nunc id quum non sit, inane medicamentum habes
ad morbum inanem: tu tibi crede id profore.
ergo te abstergant undequaque mulieres,
et lustrent sulphure; inde tribu' de fontibus,
aqua perfundant, sale permixta et lentibus.

II.

A. Bene hoc mihi proveniat, o sancti dei,
quod inter calceandum dextri calcei
vinclum diruptum est. B. Par erat, nugacissime:

quod fuerit detritum; et tu praeparcus nimis
qui non novum emeres.

IV.

Sint tibi exemplo Syri:
qui si quem piscem forte manducaverint,
illecti ingluvie, venter continuo ac pedes
illis tumescunt: tum saccum induti in via
prosternunt sese provoluti in stercore,
ut divam placent nimio contemtu sui.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ.

I.

A. Quid hoc, puella, quod ministerialiter
incedis adeo? B. Nempe opera ad pistoria
tota evigilata nox est, atque etiam tamen
infecta restant multa.

II.

Felix qui mentem cum divitiis possidet:
nam solus novit divitiis recte frui.

ΔΙΔΥΜΑΙ.

I. II.

Mecum ambulabis trito palliolo obsita,
ut Cynicus ductitavit uxorem Crates.
idem elocavit gnatam, lege hac addita,
periclum ut eius fieret triginta dies.

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.

IV.

Flore in iuvenili moritur quem di diligunt.

ΔΥΣΚΟΛΟΣ.

II.

Divitias mihi commemoras, rem fluxa fide:
quas si perennaturas es certus tibi,

non intercedo quominus custodias,
nec quicquam partiaris; dominus ipse sis.
si non es dominus, quaeque habes sibi vindicat
Fortuna, cur ista aliis invideas, pater?
namque illa, ut levis est, iam tuis pecuniis
indigniorem forte munerabitur.
quare, me si audis, dum te pro domino geris,
mi pater, uteris illis liberaliter,
opem feres pauperibus, et quantos potes
amicos opulentabis ex opibus tuis.
Laus haec perpetua: et si quid eveniat secus,
idem exspectabis quod tute ante feceris.
in aperto amicus melior est possessio,
quam fossa sub humum copia argenti latens.

III.

Ut sacrificant vecticularii!
cistas et urnas inferunt, non hercule
deûm, sed sua pro gratia. Thus res pia est
libumque: namque id omne dîs impenditur
flammis impositum: ceterum isti fel merum,
lumbique extrema, et ingustabilia ossua
deis ponentes relicuum ipsi devorant.

IV.

Nemo coquum
iniuria qui affecit, impune abstulit:
tantam habet ars istaec nostra sanctimoniam.

V a. b.

Quem laborum non piget,
nihil arbitrari is debet insperabile.
laboriosae diligentiae assequi
nihil est negatum.

ΕΑΥΤΟΝ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ.

VI.

Vere beatus qui sit, in patria sua
debet manere et liber, aut potius mori.

VII.

Post prandium etenim simul amygdalas ego
apposui, deque punicis gustavimus.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

I.

Non unde metui, id patior: quidquid evenit
inexspectatum, mentem id homini expectorat.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ.

I.

Pereat male qui uxorem ducere
instituit primus, tum secundus qui fuit,
tum tertius, tum quartus, tum qui postumus.

II.

Tria sunt, here,
et quis geruntur cuncta: nempe ex legibus,
aut ex necessitate, aut consuetudine.

III.

Ut ante multos, te quoque haec perdet lues,
quantumvis blanda, quod tibi nimium places.

IV.

Quam vero lepida res est alicuius dicier
parentem!

ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΣ.

II.

Nempe vulgi temeritas
in moliendo turbidas curas habet:
at inter actus, si bona est occasio,
rectam rationem inexspectatam invenerit.

III.

Unum est quo valere possit impudens oratio,
si brevis sit, atque articulum recte capiet temporis.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

I.

Certe vigilia nulla est res loquacior:
namque haec me expergefactum huc produxit loci,
ut ordine omnem vitam narrarem meam.

II.

Tanquam in choro
non cantant omnes, astant sed cantantibus
silere iussi duo, tres, extremo ordine,
nihil nisi numeri: ita se et ista res habet,
locum implent alii, vivunt quîs vita obtigit.

IV.

Aut orbo et coelibi
vivendum, aut sobole enata moriendum patri:
adeo est acerbum quicquid est vitae super.

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ.

I.

Debet quod ius est vincere omni tempore.

III.

Illiberale est contumeliam pati:
dolorem ferre natura hominum nos iubet.

IV.

Non plorabit perditam
agens vitam in lupanari vetulario?

ΕΥΝΟΥΧΟΣ.

II.

Nec dis rebella, nec tempestates novas
accerse; ferre quod necessum est id feras.

IV.

Quidquid quaeritur
cura indigere, sapientum sententia est.

Η Ν Ι Ο Χ Ο Σ.

II.

Mihi placere non potest annis comes
deus ambulator, nec qui irrepit in domos
tabulae praesidio: qui deus probus est, domi
maneat oportet, supplices ut sospitet.

Η Ρ Ω Σ.

I.

Nil est Amore, nil, hera, est potentius,
non vel deorum rector ipse Iuppiter;
sed is quoque illi gerere morem cogitur.

II.

Bonum virum esse decuit nobilissimum:
ingenuos animi semper generosi addecent.

III.

Hei mihi quae sola talibus mergor malis,
quorum fidem omnem superat ipsa immanitas.

Θ Α Ι Σ.

I.

Nunc illam talem cane, quod te veneror, dea,
ferocem, sed pulchellam et illecebriloquam,
iniustificam, clusiforem, poscinummiam,
et neminamantem, semper simulantem tamen.

Θ Ε Τ Τ Α Λ Η.

I.

Male agere qui vult facile praetextum invenit.

Θ Ε Ο Φ Ο Ρ Ο Υ Μ Ε Ν Η.

I.

Qui valet prudentia,
is vero est vates et consultor optimus.

II.

Si quis deorum accedens mihi dicat: „Crato,
ubi vitam functus fueris, vives denuo;
et fies quidvis, hircus, aut canis, aut ovis,
equus, homo denique: nam revivendum tibi est:
ita fata sciscunt: opta quam vitam velis:"
dicturus videor ilico, Fac me quidlibet,
dum ne hominem facias: unum id animantum omnium
sine merito habet fortunam aut infortunium.
equorum ut quisque fortior, curatius
habetur alio: velox si fias canis,
quam iners, maiore multo in pretio habeberis:
generosus fruitur gallus praecipua dape,
atque ultro ignavus alter potiorem timet.
homo si quis est bene natus, eductus probe,
caste moratus, nullum pretium hoc saeculo est:
primas in vita habet assentator, alteras
calumniator; ac malignus tertias.
quanto asinum fieri satius quam intuerier
peiores se pollucibilius vivere!

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

I.

Deum potentum maximus longe est Amor,
cunctis superior atque maioris preti.
nam nemo est adeo parta parsimonia
aut tanta morum atrocia, qui non opum
partem suarum tribuat huic lubens deo.
quis est propitius, iuvenes hoc facere iubet:
nam qui in senectam rem ampliando differunt,
solvunt usuras otiosi temporis.

II.

Amoris incitamen cantillatio est.

III.

Si amanti confidentiam abstuleris, perit;
inter hebetes hunc frigidosque censeas.

ΘΡΑΣΥΛΕΩΝ.

I.

Multas ob causas non probo sententiam,
te nosce: multo rectius dictum foret,
nosce alios.

IV.

Quam piger, cunctator, frugiperda, confitens se ali
immerito suo.

ΙΕΡΕΙΑ.

I.

Nunquam hominis opera alterius hominem sospitat
deus immortalis: namque si quo vult deum
homo perductat creperis tintinnabulis,
tantum qui pollet, ipse iam maior deo est.
sed victus instrumenta et confidentiae
haec sunt, hominum impudentium molimina,
ludibria vitae denique humanae, Rhode.

II.

Excedis, uxor, terminos uxorios,
quando atrio progrederis: nam limes domus
matronis gravibus atriense est ostium:
at insequi ultro et excursare in publicum,
Rhode, et differre pipulo, id vero est canum.

ΙΜΒΡΙΟΙ.

In aetate hominum nil, pater, praestantius
ratione est et consilio: nam res qui ordinat,
viasque agendi recte disponit, sibi
est princeps, imperator, consiliarius,
tribunus plebis: cuncta habet cui mens adest.

ΚΑΝΗΦΟΡΟΣ.

II.

Infortunia
inopina fugere non est in nostra manu.

Κ Α Ρ Ι Ν Η.

II.

O dearum maxima
nunc Impudentia, si te fas dici deam:
at fas: nam nunc quod regnat, mos numen vocat:
quo processisti, quoque procedes adhuc!

Κ Α Ρ Χ Η Δ Ο Ν Ι Ο Σ.

II.

Nemo se novit quo sit exortus satu,
sed suspicamur universi, aut credimus.

V.

Quodcumque rectum est, id plus lege ipsa valet.

Κ Ε Κ Ρ Υ Φ Α Λ Ο Σ.

I.

Comperto iussos legis praescripto novae
apud Censores nomen profiteri suum
coquos quorum opera famularetur nuptiis,
interrogandos num quis convivas sibi
vocasset plures, lege quam permittitur,
profectus . . . . .

IV.

Casus, quamquam inconspicuus, nos multum iuvat.

Κ Ι Θ Α Ρ Ι Σ Τ Η Σ.

I.

Ego autumabam divites, o Phania,
in aere vivunt qui suo, nec noctibus
suspiria agere, nec sus deque vortier,
nec dicere Eheu; sed tranquilla molliter
frui quiete. illa esse pauperum mala.
at nunc vos video, quos beatos praedicant,
vitam cum nostra vivere aequiparabilem.
res sunt cognatae vita et anxietudines?

vitam sequuntur mollem, vitae fulgidae
non absunt, vitae consenescunt pauperi.

II.

Adeon' te excruciat, quod malorum est omnium
levissimum, paupertas? quantillum est enim,
amicus unus cui medendo sufficit?

III.

Iniuria si fugimus afflictos, pater,
qui sunt quibus nos ferre suppetias iubes?

IV.

Iniuria abstinere qui discit, Lache,
rem discit elegantem et in vita utilem.

VI.

Amare praedicatur literas,
et delicatas cantiones discere.

VII.

Adeo molesta res est exspectatio.

VIII.

Fortuna apprime res est et varia et vaga.

Κ Ν Ι Δ Ι Α.

I.

Quo quis sit genere, nil ego referre arbitror.
quod si rem potius spectes quam vocis sonum,
legitimus est frugi omnis, et nequam nothus.

II.

Casus quoque ipse est nescio quid numinis,
et res plerasque nos latendo sospitat.

Κ Ο Λ Α Ξ.

III.

Libatur. heus fer exta! quonam respicis?
libatur. Sosia heus! fer! libatur. bene.
iam nunc infunde. Coelites deos deas

cunctos precemur atque cunctas. accipe
linguam. salutem sanitatemque ut duint,
bona nobis tribuant multa, quaeque adsunt bona
ea prosperassint cunctis: hae fiant preces.

VI.

Nemo et repente dives, et iustus fuit.
est cui vectigal magnum parsimonia est:
at alius cuncta insidians comparsa abripit.

ΚΥΒΕΡΝΗΤΑΙ.

I.

Ut video, adolescens, credis tu pecuniae
pretio parari, non modo haec quorum indiget
quotidie usus, panem, acetum, obsonia,
oleum, sed istis maius aliquid omnibus.
at certe venum non datur immortalitas,
nec si talenta Tantali possederis:
sed occubandum est, illa linquenda alteri.
haec quorsum? nempe ne fortunae prosperae
confidas nimium, neu nos contra pauperes
habeas despectu, verum te aspectantibus
felicitate praebeas dignum tua.

II.

O miserrimos
mortalium, qui spiritus tumidos gerunt:
conditio humana quae sit non intellegunt.
ille in foro videtur felicissimus
suas sit infra cum fores miserrimus.
mulier dominatur, imperat, obstat perpetim,
ita multa habet quae dolent, ego vero nihil.

V.

Oblitu'st se ipse qui sit.

ΚΩΝΕΙΑΖΟΜΕΝΑΙ.

I.

Nemo quem infortunio
dì mactant, animum protinus despondeat:
forsit alicuius hinc boni erit occasio.

II.

Hoc illud vetus est, nosce te ipsum, res tuas
si bene spectaris, et quid ex usu siet.

ΛΕΥΚΑΔΙΑ.

II.

Qui manum pecuniae
supponit, ut nil dicat, nil agitat boni.

III.

Deorum cura pauperes credi solent.

ΜΕΘΗ.

I.

Annon perinde vita est ac facimus sacrum?
nam quod dìs emitur una forte ovicula est,
decem quam drachmis facile conciliaveris:
at hercle unguentum, fidicinas, tibicinas,
Mendaeum, Thasium, mella, anguillas, caseum
vix est talento minus ut praestinaveris.
quare nos aequum est, sacra si cedant bene,
a dìs accipere drachmas quod valeat decem:
illarum vero in nos suspicere zamìam,
qui non sacrorum nobis duplicat malum?
ego, si deus sim, numquam possim perpeti,
imponeretur aris ut lumbus meis,
nisi consecratis etiam anguilla accederet,
ut hinc cognatus Callimedon mortem oppetat.

ΜΗΝΑΓΥΡΤΗΣ.

I.

Divitias ferre disce: pars sapientiae est;
quia multis pariunt magnam inhonestitudinem.

ΜΙΣΟΓΥΝΗΣ.

I.

A. Ut fatear, displicet
res ipsa. B. Nempe quia sinistrorsum rapis:
quicquid molestum, quicquid adversum accidit,
ea sunt quae spectas, et connives ad bona.
atqui nihil usquam, Simyle, invenias boni
cui nulla se mali admiscuerit portio.
mulier opipara, res molesta est, nec sinit
virum pro arbitrio vivere: haec eadem tamen
sua commoda adfert, liberos: mersum gravi
morbo maritum curat familiariter,
nec conflictantem cum fortuna deserit;
defuncti exsequias rite curat. respice
ad ista, si quid animo taedi obvenerit:
ita enim feres rem totam: sin quicquid dolet
excernas semper tibi, nec contra compares
quae laeta sunt, dolere non cessaveris.

II.

Mulier suopte ingenio effrenis et fera est.

IV.

Perdunt di nos maxime
quotquot mariti sumus: agendus nam dies
numquam non festus aliquis.

V.

Sacrificabamus quinquies uno die;
pulsabant septem famulae in orbem cymbala,
ululabant aliae.

ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ.

VII.

Id mihi si quando detur conspicarier,
animum recipiam: nam nunc . . . at vero deos
ubinam sit invenire tam iustos, Geta?

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ.

I.

A. Navem mihi salvam nuntias? B. Sane meam
navem illam quam qui nominatur Callicles
exstruxit, rexit autem Euphranor Thurius?

II.

O cara mater terra, quam venerabilis
tu quamque sancta es recte rem putantibus!
aequum pol fuerat, si quis patritum nepos
fundum comesset, navigare hunc perpetem,
nec usquam terra recipi, ut persentisceret
quantum accepisset et non parsisset bonum.

III.

Polynices ut perierit non consideras?

V.

O Iuppiter supreme, spes quantum est mali!

ΞΕΝΟΛΟΓΟΣ.

I.

Natus quem genitor pauper educaverat
melius quam res ferebat, indoluit patrem
ut vidit inopem: nam probe edocta indoles
pulchrum benefici fructum confestim edidit.

II.

Sic agit Fortuna, ratione ut non possies
colligere, vere quid sit in vita utile.
diiudicari nequit hoc certis legibus.
nec vivens dicat quisquam, hoc mihi non accidet.

ΟΛΥΝΘΙΑ.

I.

Quam vero iniquum est, quum quid molitur boni
natura, tum Fortunam id intervortere!

II.

Ut qui non prior incipiam, sed me vindicem.

ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ.

I.

Me iudice, qui erubescit ingenio est probo.

II.

Bono esse nomine, id vero viaticum est,
quidquid paret fortuna quovis tempore.

ΟΡΓΗ.

I.

Et ego adolescens, mulier, aliquando fui:
nec tunc lavabar quinquies una die:
nunc fiet; nec eram patagiatus: nunc ero;
nec unguentatus: at nunc pol tingar quoque,
et depilabor: denique evadam brevi
Ctesippus alter, non homo ut eram: denique,
ut ille, ipsos etiam lapides abliguriam,
ne mihi sufficere terram posse censeas.

II.

Quisquis est differt nihil
a Chaerephonte, qui vocatus ad dapes
in serum tempus umbrae duodecimpedis,
mane umbra aspecta lumen ad lunae exiit
cunctari metuens, cumque ipso die adfuit.

III.

Iste verus est sodalis: non, ut alii, interrogat
quando coena sit futura, quidve praesentes vetet
coenam incipere: deinde coenam quaerit in perendinum,
mox ubi silicernium sit.

IV.

Hunc vobis si pulchellum contigerit fames,
cadaver faciet gracilius Philippide.

V.

Adulter est res, crede, pretiosissima:
nam morte constat.

Π Α Ι Δ Ι Ο Ν.

I.

Servire qui sic discit, ut excipiat nihil,
is nequam est servus: ius profandi libere,
quod sensit animus, dederis, reddes optimum.

II.

Cantus Ephesios nuptias facientibus
hic averruncos cantat.

Π Α Λ Λ Α Κ Η.

I.

Consilia versat multa qui pravis studet.

II.

Quotquot sunt boni, hos ipse vocat ad suam curam deus.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

I.

Quod vos fecistis, non [amicarum est opus,
opus] amicorum est: vocum affines literae
ambiguam faciunt nominis sententiam.

III.

Turpe est pauperiem comitans imbecillitas.

IV.

Credulitas comes assidua est infortunio:
plus quippe semper alium sapere existimat
consilia saepe quem fefellerunt sua.

Π Ε Ρ Ι Ν Θ Ι Α.

I.

Quicunque dominum nactus vecordem ac rudem
tractavit illum servus doctis astubus,
ignoro quantae molis rem confecerit,
quod exstupidavit illum qui stupidus fuit.

II.

Nunquam laudavi sumtuosum mortuum:
namque in idem cum vili atque contemto redit.

ΠΛΟΚΙΟΝ.

I.

In aurem utramque dote freta dapsili
dormibit, opere exacto commemorabili
et glorioso, quippe quae eiecit domo
victrix eam quam voluit advorsariam:
nimirum ut illam iam omnes aequales suae
suspiciant, atque emineat in toto grege
mea domina sumta vultus celsitudine:
quod assolet dici, asinus inter simias.
silere satius noctem quae tot miseriis
initium fecit. hei mihi, quod Creobylam
Creobylam, Creobylam una cum decem
cepi talentis cubitalem mulierculam!
et illa ferri potis est insultatio?
non, per Iovem ac Minervam, nequaquam potest!
ancillula adeo sedula, verbo celerior,
exacta est; esto. sed quam substituat vide.

II.

A. Dotatam duxi Lamiam: non dixi tibi?
B. Non equidem. A. Dominam istius quam cernis domus,
et agrorum illorum: ut illam acciperem, haec accepi omnia.
B. Malum inter gravia, per Deos gravissimum.
A. Molesta est illa cunctis, non tantum mihi,
gnato magisque gnatae. B. Vix tolerabile est
quod memoras. A. Plus sat sentio.

IV.

Is demum infortunatus, in egestate qui
uxorem ducit, educitque liberos:
ah demens qui nec praesidia in praesens habet,
nec, si quid, ut fert vita, secus evenerit,
habet integumentum quo famam occultet suam:
sed misere aetatem degit nudam, obnoxiam,
importuosam, compos tristitiae et mali,
sed omnium expers deliciarum et gaudii.
sic ego dolens in uno, do monita omnibus.

V.

Habitare quisquis astu pauper eligit,
augere sibi tristitiam et dividuam cupit.
nam quoties alium spectat in molli otio
potentem, luxuriantem, viventem facul,
quam misere ipse aevum degat tum demum videt.

VI.

Malo consilio commigravit huc herus.
nam ruri donec victitabat, calamitas
non tam conspicua fuit ac despicabilis,
sibi mantellum faciens solitudinem.

VII.

Virtutis et vivendi liberaliter
magistrum si quis quaerit, agrum comparet.

VIII.

O Parmeno, nullum vita in humana bonum est
quasi arbor radice una ramos erigens;
sed mala propinqua sunt bonis atque adsita:
natura ex ipsis bona quin progenerat malis.

IX.

Dispelle procul a vita moestitudinem:
breve atque angustum nimis est hoc quod vivimus.

ΠΡΟΓΑΜΟΙ.

Fortuna res est caeca et deplorabilis.

ΠΡΟΕΓΚΑΛΩΝ.

I.

Quod bene iubetur exsequi tutissimum
servo esse praedicant.

II.

Patrem vocari liberûm quantum est! metus,
dolorque et aegritudo, sine fine ac modo.

ΠΩΛΟΥΜΕΝΟΙ.

II.

Non rebus apta est omnibus sapientia:
aliquando opu'st desipere cum sodalibus.

ΡΑΠΙΖΟΜΕΝΗ.

I.

Quae vitae sunt utilia quum dî porrigunt,
accipere qui cunctatur, is sponte est miser:
at si recuset dare quod expediat deus,
iam non ista hominis culpa, sed non dantis est.

II.

Iniuria illud distat infortunio,
hoc casus, illam quod voluntas efficit.

III.

Saepe admodum
in lucem prodit nec quaesita veritas.

ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

I.

Convicî praebent, video, materiam affatim
stratioticum schema et mores exotici.

V.

Vultus minatur, pavida mens intus sedet.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ.

II.

Latet omne crimen dum fit, sed quantum siet
scelus, peracto scelere demum intellegas.

ΣΥΝΑΡΙΣΤΩΣΑΙ.

IV.

Amorem inter deos
validissimum esse hoc argumento evincitur:
quod peierantur propter hunc omnes dei.

V.

Terrorem haud magnum incutiunt genitoris minae.

VI.

Res per se infelix atque aerumnis obsita
vita est humana, et densa curarum seges.

Τ Ι Τ Θ Η.

II.

O stultos homines, qui supercilio gravi
subinde repetunt, Videro. tun' videris,
homo quum sis, de re? miser utcumque res cadet!
atqui secundae res sponte adveniunt sua
vel dormienti, nec minus contrariae.

Τ Ρ Ο Φ Ω Ν Ι Ο Σ.

I.

A. Hospes vocatu'st mihi. B. Qui solitus vivere?
cuiatis? namque id scire pol refert coquum.
etenim hospitelli qui veniunt ab insulis,
nutriti magna piscium recentium
in varietate, non solent salsis capi,
fastidiosa quae vix delibant gula:
si quid piperatum, si quid conditum acrius,
hos magis oblectat. Arcas contra venerit
maris expers: pisculentae hunc patinae maxime
capiunt. dives Asianus: iura huic pinguia
paro et candaulum et quidquid ad venerem facit.

II.

Humanitatis limen, iniusti fuga.

Υ Δ Ρ Ι Α.

I.

O quam iucundum mores exoso malos
est solitudo; nilque meditanti improbum
sati' magnae divitiae sunt bene pascens ager.

at plausus populi et vitae delectamina
urbanae splendent, sed perenne nil habent.

II.

Seni infelici, quae oblivisci coeperat,
ea tute commemorando renovasti mala,
resuscitans miseriam.

Υ Μ Ν Ι Σ.

I.

Res hercle ad omnes probitas eximium bonum est,
viaticum vitae huius admirabile.
namque isthuic homini parte non magna die
locutus, bene iam cupio. sapiens dixerit
hic forsit aliquis: illex est oratio.
quid? an non alios eloquentes exsecror?
suada est loquentis vita, non oratio.

II.

Felicitas raro ad senectutem comes
arti est, ni dominum valde avarum invenerit.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ Η ΑΓΡΟΙΚΟΣ.

II.

Hunc credo felicissimum
qui quum spectarit, Parmeno, placide deum
augusta dona, redit eo unde venerat:
iubar, inquam, solis publicum, nubes, aquas,
ignem: namque annos quamvis centum vixerit,
eadem videbit, et sit licet aetas brevis:
aliud his nihil est conspicari pulchrius.
mercatum crede tempus hoc quod vivitur,
cuius visendi peregrinamur gratia:
forum ibi, tumultus, fures, colloquia, alea.
abis si primus, hoc viaticatior
divertes melius; eris infestus nemini.
at qui subsistit, sua lassatus perdidit,

et male senescens aliquam egestatem incidit:
vexatur, hostes reperit, insidias subit.
longaevus nunquam facili morte fungitur.

III.

Desinite mentem excolere: nam mortalium
nihil usquam mens est; sola fortuna imperat,
sive illa mens est, seu dei illa est spiritus.
gubernat quicquid est, vel servat vel rapit;
prudentia hominum, nubes, quisquiliae merae.
credenda vobis haec, non castiganda sunt.
quod fit, quod agitur, omne id Fortunae est opus,
sed eius actis homines nos inscribimur.
Fortuna nil non versat. haec igitur dea
et mens vocari debet, et providentia,
si non inani nominum capimur sono.

IV.

Partes secundas quae sapit credat suas
matrona: summam cedat imperi viro.
nam quos penates femina arbitrio suo
moderatur, illos certa pernicies manet.

V.

Unae obnubilant
ignobilitatem et mores illaudabiles,
et si quid aliud hominibus vitio datur,
divitiae: ab his quod nudùm est, in culpam venit.

VI.

Prudentiae non quaevis deberi bona,
qui iudicarit recte, confitebitur:
nam multa saepe casus in melius tulit.

VII.

In re omni conducibile est quovis tempore
verum proloquier; idque in vita spondeo
securitatis esse partem maximam.

VIII.

Terra marique quum tot gignantur ferae,
has inter omnes maxima est mulier fera.

IX.

At medius fidius narras stultitiam haud levem;
testatas malle quam latentes miserias.

X.

Fortuna res est maxime inscrutabilis.

Χ Α Λ Κ Ε Ι Α.

III.

Sene est amante nihil infortunatius,
nisi forte amator alter aequaevus senex:
nam qui ea potiri concupiscit a quibus
ipsum arcet aetas, quomodo non sit miser?

FABULARUM INCERTARUM FRAGMENTA.

I.

Aut non ducenda est uxor, aut si duxeris
ferenda mussitanti et dos et femina est,
sinendum ut inquiramus quae faciunt viri.
namque hoc sapienti vitandum apprime est viro,
ne servet nimis uxorem in claustris aedium:
externa namque visus oblectamina
sibi expetiscit; quae si abunde suggeras,
ubique praesens illa et spectans omnia,
satiata obtutu, manet immunis criminum.
viri quoque ipsi quae latent captant magis.
at qui serarum vectiumque obstaculis
uxorem servat, sapere ut videatur sibi,
reapse totus plenus insipientia est:
nam si qua nostri sexus extra cor habet,
et telo et penna citius avolaverit,
neque illam asservet oculea Argi vigilia.
ita ad mala alia ludibrium est accessio:
uxorque virque intereunt despicabiles.

II.

Si solum, Trophime, te omnium mortalium
in hoc progenuit mater, ut tibi perpetim

agere ita liceret animo ut collibitum foret,
idque ita futurum si aliquis promisit deus,
recte indignaris: nam rem fecit improbam
qui te fefellit. sin eisdem legibus
quibus nos omnes hunc communem spiritum
hausisti, ut aliquid etiam paratragoediem,
ferenda sunt modeste haec, ut ratio iubet.
omnis sermonum summa redit istuc: homo es,
quo nullum est animal quod mutetur celerius,
aut sursum enitens aut deorsum decidens.
neque pol immerito; nam natura virium
quum sit vescarum, res molitur maximas,
suoque lapsu multa egregia proterit.
at tu quae amisti, Trophime, non ingentia
sunt adeo; tum quae pateris sunt mediocria,
quo magis hoc deinde ferre te modice decet.

III.

Hoc igitur more nos decebat ducere
uxores: quanti, Iuppiter, hoc foret lucri!
non, ut fit vulgo nunc, in nihili res anquirere,
quis avus, quis avia fuerit nupturae in domum;
interea mores eius, quicum tu exigas
aevum omne, non inspicere, non perpendere:
sed dotem in mensa ponere, ut nummos probi
sint improbine, exploret numularius,
quinto post mense non mansuros in lare:
at illam, quae domum obsidebit perpetim,
non exploratam fortuito sumere,
iracundam, immorigeram, si casus ferat,
duram, loquacem. mihi stat animus ducere
gnatam per urbem: si quis hanc propriam cupit,
dicat; sed monitus, quantum in se accersat malum.
nam quin malum sit mulier, vitari haud potest;
at ille felix, minimo qui defungitur.

IV.

Ah enecas me, mater! ne toties genus

commemora, quaeso. nam qui naturae bonis
propriam desperant indipisci gloriam,
istuc confugiunt: repetunt maiorum suum
monumenta; quot sunt stirpitus numerant avos:
sed nihil hinc lucri: nuncupassis neminem,
avi quoi non sint: nam unde prognati forent?
at qui censere hos nequeant mutatum ob solum,
generisve internecionem et solitudinem,
eone ignobiliores sint censentibus?
quicumque ad recta fertur proclivi indole,
nobilis est, mater, sit quantumvis Aethiops.
Scytham exsecramur? nonne et Anacharsis Scytha?

V.

Hominibus alia quotquot sunt animantia
tum sunt beatiora, tum sapiunt magis.
principio, sodes, asinum specta istum mihi:
is est infelix extra controversiam;
at nulla propriae accepta culpae fert mala;
sed quae natura iniunxit, his defungitur.
nos vero, praeter ea quae fert necessitas,
ipsi alia nostra sponte super accersimus.
dolemus ubi quis sternuit: convicium
quis dixit, indignamur: vidit somnium,
metuimus: ululat noctua, exhorrescimus.
leges, honores, ambitus, certatio,
mala haec adscita nobis sunt, non insita.

VI.

Et nonne merito saxis religatum asperis
vinctumque pingi cernimus Promethea;
et dedicatur illi fax, et nil boni
praeterea? nam, quod dis credo invisum omnibus,
finxit mulieres: proh supremi coelites,
gentem scelestam: et nuptias aliquis facit
hominum? nam cupiditates ingruunt malae,
deinceps in iugali luxurians toro
moechus, venena, insidiae, invidia, pessimus

morborum, quicum mulier perpetuo suam
aetatem degit.

VIII a.

Thraces quidem ita sunt omnes, nos autem Getae eximie ante omnes (namque me quoque indidem ortum profiteor), temperanter haud nimis agere solemus.

IX.

Si noscitare te vis, itiner quum facis,
viam secus monumenta quae stant aspice.
namque ibi dispulverantur exesa ossua
regum, sapientumque atque summatum virum,
sibi qui placuere nobilitate, opulentia,
pulchraque specie et formae claritudine;
quorum nil potuit tempori contendere:
omnes easdem subiere Orcinas fores.
haec tu contemplans ipse te qui sis vide.

X.

Epicharmus istos praedicat nobis deos,
aquam, ignem, solem, spiritum, stellas, humum.
ego vero deos opiferos atque praestites
aurum atque argentum nobis esse intellego.
his dedicassis rite si tuam domum,
optato quodvis praemium, optatum feres:
agros, domus, familiam, vasa argentea,
testes, amicos, iudices: tu da modo,
ipsos habebis in ministerio deos.

XI.

Si quis labores nullos detrectaverit,
fiet quodcumque volet: dives aliquatenus;
aut etiam sapiens, ingenium si exerceat;
aut sanus, rigidam observans victus regulam.
sed una res est nullis quae laboribus
potest parari, perpes indolentia.
nam non adversa tantum moestitiam ferunt,
sed et secunda pariunt sollicitudinem.

XII.

Adolescens, id quod res est non intellegis:
vitio suopte consumuntur singula,
et rei cuiusque pernicies intus latet:
sic est ferrugo ferro, si consideres,
ligno teredo, tineaeque vestibus.
invidia vero, quod malorum pessimum est,
tabem creavit et creabit et creat,
vere satelles animi corrupti impia.

XIII.

O Dercippe et Mnesippe, quum conviciis
excepti, aut quum vexati sumus iniuriis,
praesidium nobis tunc amici sunt boni.
nam dum dolere sine metu ludibrii
licet, atque adest qui ferat id familiariter
societque luctum, tanto quisque tempore
levatus conquiescit a sensu mali.

XIV.

Cui tandem mancipatus est rei?
vultui? nugaris: omnes unam, id si foret,
amarent, quando aspectus iudicium est idem.
at forte amantem illecebrae consuetudinis
trahere putantur? atqui eadem utentium
alter nil triste patitur, quin ridens abit:
alter disperiit. morbus animi, occasio est:
haec si quem feriit intus, is vulnus trahit.

XV.

Iniuriarum si improbis auctoribus
reponeremus ultionem singuli,
nobis putantes fieri quod fit alteri,
inter nos iuncti conspiratis viribus,
non praevaleret in innocentiam impetus
audax malorum: qui custoditi undique,
iussique poenas quas merentur pendere,
aut nulli penitus essent, aut pauci admodum.

XVIII a. b.

Hominem unumquemque, simul in lucem est editus,
sectatur Genius, vitae qui auspicium facit,
bonus nimirum: credi enim malum, nefas,
bonae insessorem vitae.
Bonus sit necesse est is qui sit deus.

XIX.

Ne posce, homo natus, a dîs indolentiam,
sed potius animum aequanimem et tolerantem mali.
nam vitam expetere sine moerore perpetim,
hoc est deum esse velle aut esse emortuum.
solare alienis potius ex damnis tua.

XX.

Quum res prolixae nobis se dant largiter,
Fortunae nemo laudes ac grates agit:
at quoties res advorsae dividuas ferunt,
calumniari nemo Fortunam abstinet.

XXI.

O mala senectus, advorsatrix corporis
humani, despoliatrix elegantiae:
tu vegetos artus squalido turpas situ,
tu celeritatem mutas pigritudine.

XXII.

Habeas vicinum si vicinus improbum,
malo nocebit, aut docebit te malum:
at si probo vicinus vicino fuas,
mutuiter et docebis et disces bona.

XXIII.

Oratio homini medica est moestitudinis:
nam quod delectat animum, sola haec obtinet:
atque ut sapientum vetus habet sententia,
blandum est venenum.

XXIV.

Non ex convictu et compotationibus
inquirimus cui nostra credamus, pater:

ingentis ille compotitum se boni
autumat, amici qui vel umbram invenerit.

XXV.

Quantumvis irritatus ac merito dolens,
nil temere facito: quippe brutos impetus
irae frenare inprimis sapientem decet.

XXVI.

Molesta longa vita est: o senium grave,
quam nihil omnino fers boni viventibus,
mala multa et luctus! attamen te attingere
optamus omnes atque concupiscimus.

XXVII.

Quid cogitavi miser heu, qui beneficium
a muliere expectavi? dum ne quippiam
mali indipiscar inde, satis id est lucri.
namque adeo a muliere melius expectes nihil.

XXVIII.

Si navigandum sit diebus quattuor,
quantum sat est paramus in totidem dies:
cur non item sollicita parsimonia est,
viaticum ne desit aetati malae?

XXIX.

Decenter ferre damna et res improsperas,
sapientis est officium: non ducta retro
superciliorum nube clamare, Ah dolor,
sed quicquid sors indixit constanter pati.

XXXI.

Summum est aviditas generis humani malum:
aliena namque pro suis qui vindicant,
persaepe non tantum improba spe decidunt
victi, sed apponunt et alienis sua.

XXXV.

Eheu me miserum, quamnam in partem corporis
mens nostra se proripuit illo tempore,
quum nimium vecors his ego illa praetuli?

XXXVI.

Dura est, Pamphila,
ingenuae cum meretrice contestatio.

XXXVIII.

Necat iste macrum faciens me conviviis:
dicta illa quam sunt cata, quam induperatoria!
tum vero quam ipse gloriosus, carnifex!

XXXIX.

Quam vero hoc Alexandreum? si quem forte quaerito,
idem praesto erit continuo: transeundus si locus
aliquis per marina spatia, pervius fiet statim.

XL.

Nil homine egeno est usquam infortunatius,
qui se labore macerat atque insomnia,
suae ut vescatur alter operae praemio.

XLI.

Noli, homo, nequicquam plangere et requirere
opes, uxorem, prolem egregiam liberum:
nam Fors utenda quae dedit, Fors abstulit.

XLII.

Nihil incredibile aut factum est, aut fieri potest
humana in vita: mores sed viventium
diesque multa immutant in miraculum.

XLIII.

Substantia esse nulla Fortunae potest:
sed aliquis impar ferre naturae vices
morositati hoc nomen imposuit suae.

XLIV.

Etiam celari si quid te cognoveris,
ne prae te ferto: nam res perplexissima est
id scire, te quod alius celatum velit.

XLV.

Si tibi quod nihilo plus est dederit quispiam,
quantillum dederit sume: nam quamvis parum
accipere, multo accipere plus est quam nihil.

XLVII.

Rectum piumque si quid occoeptaveris,
bene ominare, spemque firmam hanc concipe,
adesse iusta molientibus deum.

XLVIII.

Monuisti cuncta, quae tui officî fuit:
verumtamen mihi crede, ut faciam quod decet,
plus meus est auctor mihi mos, quam ista oratio.

XLIX.

Qui mentem addicit credulam calumniis,
aut ipse est pravis inquinatus moribus,
aut certe ingenio nil supra puerum valet.

L.

Calumniae vi saevius nullum est malum:
dedecore namque crimen alterius suo
luat necesse est accusatus innocens.

LI.

Quae nunc vocari bonitas ita vulgo solet,
dimisit vitam penitus in mores malos,
quia commeatum sceleri facit impunitas.

LII.

Qui civitatis principem servat locum,
nil invidenda ei opus est eloquentia,
sed tali morum quam facilitas temperet.

LIII.

Quid frustra frugi et bonus es? namque herus omnia
si sua fruatur, et tu diripias nihil,
defraudas temet ipse, et illum non iuvas.

LIV.

Felix relicta quem facit res divitem:
nam quae cum uxore veniunt trans limen domus,
horum nec firma nec suavis possessio est.

LV.

Qui uxorem ducit res quae avitas creverit
ex asse, aut poenas pendit iratis deis,
aut miser esse optat sub beati nomine.

LVI.

Et civitas et lex et perfugium mihi
et iusti pariter atque iniusti regula
herus est, arbitrio cuius me aequum est vivere.

LVII.

Vir pauper quoties implicans se nuptiis
cum uxore dotem pariter admittit domum,
se tradit illi captum, non illam capit.

LVIII.

Qui uxorem ducit, horum spectet alterum,
aut pulchram speciem, aut mores morigerabiles,
alimenta mutua caritatis benevolae.

LIX.

Hoc unum vereor, Clitiphon: male conscius
patris ora non audebo contratuerier:
nam reliqua effecta dare non desperaverim.

LX.

Deliciae nimiae pariunt insolentiam,
pecuniaeque dominum traiiciunt suum
in mores alios quam quos induerat prius.

LXI.

Habere est satius, si quis rem recte putet,
pauca animo laeto, quam multa illaetabili:
paupertas secura opibus praestat anxiis.

LXII.

Domum quae habitetur omnis immunis mali
reperire non est: sed malorum copiam
dat fortuna aliis, aliis dant mores sui.

LXIII.

O Fors quae rerum gaudes multiplici vice,
tibi iste magnam casus invidiam facit,
iniusta quum iustum hominem exercet calamitas.

LXIV.

Errationes aestus irae non videt,
qui te nunc potitur: ille si deferbeat,
multo quod ex usu est videbis rectius.

LXV.

Cuicumque affectum est corpus, ei medico est opus;
at cui laborat animus, is amico indiget:
benevolus amicus medicus aegrimoniae est.

LXVI.

Quoties senex est aliquis et victi indigens,
non durum est mortem oppetere: sed quum faciliter
vita agitur, tunc utriusque discrimen patet.

LXVII.

Homo malignus speciem si induerit boni,
arcanus laqueus est ad captandum alterum.

LXVIII.

Expilet dives me quam pauper mavelim:
facilius fertur validiorum iniuria.

LXX.

Homo invidus perpetuus est hostis sibi,
dolore nempe sponte quaesito miser.

LXXI.

Multos iam vidi quos malos necessitas
finxit miseriis, quum non essent eiusmodi
suopte ingenio.

LXXII.

In hoc situm est
casum prudenter ferre, si solus feras,
nec tua denudes aliis infortunia.

LXXIII.

Hunc in modum uxori si maledicis meae,
ego quanta tibi, tuis, patri ingeram mala!

LXXIV.

Si alter ferremus semper auxilium alteri,
fortunae auxilio nil foret nobis opus.

LXXV.

Miseranda res est usque eo delinquere
ut nos vetet proferre commissum pudor.

LXXVI.

Inscitia est manifesta quod scito est opus
id scire, non cavere quod cauto est opus.

LXXVII.

Qui quae sibi obtigere non bene fert bona,
non est beatus ille, sed sensu caret.

LXXVIII.

Quod simile vero est saepe plus vero valet,
et vim suadendi ad populum maiorem obtinet.

LXXIX.

Quod patrimoni devoratores sui
bene audiunt, id aliis expetit male.

LXXX a. b.

Non omne lucrum placeat: iniustas opes
sit pudor habere. vivit aeterno in metu
tenacitate qui miser iuxta suas
divitias odii duplum tantum possidet.

LXXXI.

Nunquam beatum credidi, qui, quum bona
possideat multa, nescit possessis frui.

LXXXII.

Si bene rem expendas, non tam potus copia
desipere, quam potantis ingenium facit.

LXXXIII.

Res putida est quum fingens se scire ebrius
quae nescit, loquitur de vino, non de suo.

LXXXIV.

Medicamen irae nullum est efficacius,
quam fidi amici sapiens allocutio.

LXXXV.

Quicunque foedum admittit aliquid, Pamphile,
non videt hoc ipse; at alius si faxit, videt.

LXXXVI.

Mala mens, malus animus: quamvis audacissimum
sua semper pavidum reddit conscientia.

LXXXVII.

Turpe est profecto, quoties, qui lingua valet,
lingua sermones eiaculatur futiles.

LXXXVIII.

Nec saxum facile valida proiectum manu
reprehendas, nec sermonem qui lingua fugit.

LXXXIX.

Lex res egregia est: at qui nimium respicit
leges, calumniantis personam induit.

XC.

Quicumque damnat causa non bene cognita,
damnandus ipse est credulitatis crimine.

XCI.

Ne tu loquentis respice aetatem, precor,
sed an, quae deceant verba prudentes, loquar.

XCII.

Sapientiae vis non est in canis sita:
ingenium multis est senectutis loco.

XCIII.

Miseris dum vivunt est laborandum omnibus,
vitam per se inopem quia non alit ignavia.

XCIV.

Qui quum non militarit, militiae imperat,
gregem hostiarum ducit, non exercitum.

XCVI.

Florere belli decore laus vera est viri:
in rure desudare servile est opus.

XCVII.

Lucri cupido et navigandi audacia
perfacile reddunt divites aut mortuos.

XCVIII.

Quod si cui domino servus contigit bonus,
hoc esse summum munus fortunae puta.

XCIX.

Si pulchri mores pulchritudinem insitam
condecorent, amor hoc ipso geminari solet.

C.

Blanditiae morum, amoris incantatio est.
haec ars mulieri retinet addictum virum.

CI.

Nil tam familiare atque coniunctum est, Laches,
si recte expendas, atque mas et femina.

CII.

Audi tu qui statuisti uxorem ducere:
perbene erit, parvo si defungaris malo.

CIII.

Habere uxorem, patrem dici, Parmeno,
innumeras adfert vitae sollicitudines.

CIV.

Pauper qui suavem cupiat vitam, nuptias
ut alii faciant, ipse abstineat nuptiis.

CV.

Si vere rem putamus, coniugium quidem
malum est; sed hoc malum imperat necessitas.

CVI.

Tunc maxime timenda mulier, quum admovet
orationis benevolae illectamina.

CVII.

Meretrix honestum quid sit nunquam cogitat,
ut quae malitiam quaestui habeat maximo.

CVIII.

Qui commonefacit filium severiter,
verbis acerbus ut sit, revera est pater.

CIX.

Maior voluptas nulla genitori datur,
virtute quam si videat ac prudentia
florere quenquam de suo exortum satu.

CX.

Res patre miserior nulla reperiri potest,
nisi pater alter cui plus fuerit liberûm.

CXI.

Instructa inopia miseraque est felicitas,
divitiae heredem quum non inveniunt suum.

CXII.

Mater tenerius liberos adamat patre:
quia mater esse scit suos, pater autumat.

CXIII.

Patri dolorem facere noli; nam hoc scias:
quam quisque tenere amat, tam facile irascitur.

CXIV.

Aetate gnata nubili, ut dicat nihil,
satis tamen ipso significat silentio.

CXV.

Auditu nil tam suave, quam quum filium
compellans genitor veris laudat laudibus.

CXVI.

Malum est ab optione, desipientia.
tibi si noces, Fortuna cur audit male?

CXVII.

Quoties minatur filio iratus pater,
vel amans amanti, multa mentiri solent.

CXVIII.

Bene educatos et honesto natos loco
famam curare in rebus adversis decet.

CXX.

Clam pauca habere satius, invidia procul,
quam divitiarum ostentu parere infamiam.

CXXI.

In vitae humanae tot cruciabilitatibus
tristitiâ maior nulla reperiri potest.

CXXII.

Beati qui videntur, hi splendent foris;
interius similes sunt hominibus ceteris.

CXXIII.

Natura hominibus multa quum gignat mala,
tristitia est maius omnibus malis malum.

CXXIV.

Nil aeque cerno invitus ac rectam indolem
implicitam vitae tristis aegrimonia.

CXXV.

Nil miserabilius quam quum animus iusti tenax
senecta aetate sentit fati iniurias.

CXXVI.

Non minus adversa fortiter quam prospera
tolerare debet animus vere nobilis.

CXXVII.

Aliena nunquam te delectet calamitas:
nam cum Fortuna difficilis luctatio est.

CXXVIII.

Non esse edendum in vulgus infortunium,
quin potius occultandum mea sententia est.

CXXIX.

Infortunatis maximum solatium est
iuxta videre qui commiserescant sui.

CXXX.

Auferre nobis alia quum soleat dies,
prudentiam constabilit et corroborat.

CXXXI.

Tempus malorum quaeque fert necessitas
communis medicus et tibi medebitur.

CXXXII.

Eximia res est rex antestans robore,
servans iudiciis iuris sanctimoniam.

CXXXIII.

Elimina te hinc: matrem namque familias
quae casta sit rutilare crines non decet.

CXXXIV.

Aqua si sumta verba çoenandum est, satis
ego audiendo symbolarum conferam.

CXXXV.

Egregia est illa lex Ceorum, Phania;
qui non quit honeste vivere, non vivit male.

CXXXVI.

Sol, nam deorum colere te primum decet,
cuius beneficio alios spectamus deos.

CXXXVII.

Sim sane stupidus, parcus ego supra modum:
at ille nequam sumtuosus, praeferox.

CXXXIX.

Quaecumque vivunt atque commune hoc iubar
aspiciunt, parent haec voluptati omnia.

CXL.

Divitias habeo ingentes, atque ideo vocor
opulentus multis, at beatus nemini.

CXLII.

Amicum munerare me ditem piget,
ne videar aut desipere aut dando poscere.

CXLIII.

Aurum spectatur ignis testimonio:
at amicus certus in re incerta cernitur.

CXLIV.

Odi inopem qui muneribus hostit divitem;
namque id inexpletae fortunae exprobatio est.

CXLV.

Amico qui assentatur laeto tempore,
non ille amico amicus est, sed tempori.

CXLVII.

Qui fraudem iniustam machinatur alteri,
suo ipse damno antecapit eventum mali.

CXLVIII.

Iniusta ex opera si quid quaesti sumseris,
id arrabonem crede esse infortunii.

CXLIX.

Servire, serve, ei metue, qui servus fuit:
iugo absoluti semet non norunt boves.

CL.

Quicumque est liber uni legi obtemperat:
servus duobus, scilicet legi atque hero.

CLI.

Lex observata, lex est, praeterea nihil:
non observata, lex est simul et carnifex.

CLII.

Vim legis experiundo ne discas vide:
sed antequam ad te veniat, anticipa metu.

CLIV.

Peccat mulierem literas quisquis docet:
armat veneno quippe exitialem excetram.

CLV.

Egregia facie feminam ne suspice:
nam pulchra forma haud pulchros sermones parit.

CLVI.

Rectum consilium feminae nunquam duis:
suopte namque fertur consilio ad mala.

CLVII.

Noli exsequiari fletibus intermortuum:
nil sentienti lacrumae nil conferunt.

CLVIII.

Quid pulchra dona das nequicquam mortuo,
quae cum dolore liquit non quitus frui?

CLIX.

Quum sors secunda est, esto et adversae memor.

CLX.

Alimoniam quoi dederis si datam exprobres,
merum Atticum mel consparsisti absinthio.

CLXI.

Si magus ab aliis morbos potuit pellere,
morborum pulsor quomodo morbo perit?

CLXII.

In alium si quid es paratus dicere,
in te quid dici possit antidea vide.

CLXIII.

Corrigere ramum curvum ne pertenderis:
nulla est naturam quae cogat necessitas.

CLXIV.

Frustra sunt mortem precibus qui accersunt senes,
senectutem contemnentes et vitae moram.

CLXV.

Sententias quum loquitur ad senem senex,
thesaurus ad thesaurum tunc proficiscitur.

CLXVI.

Malus tibi animus si habitat pulchro in corpore,
bona est tibi navis, sed gubernator malus.

CLXVIII.

Quamvis amico arcanum ne concreduis:
sic non timebis inimicum factum tibi.

CLXIX.

Probroso qui sermone maledicit patri,
in hoc se parat ut ipsis maledicat deis.

CLXX.

Here maxime, omnis veritas sapientibus
cum spe datur scrutanda, si accedat dies.

CLXXI.

Pecunia qui floret et fautoribus,
si maius aliud quaerit, pol quaerit malum.

CLXXII.

Opipare vivunt multi, quaesitum quibus
tueri difficilius est quam quaerere.

CLXXIV.

Haec est voluptas prima vitae rusticae,
spe laetiorum cuncta quod lenit mala.

CLXXV.

Esto animo dives: nam divitiae ceterae
pascendis oculis vitae sunt choragium.

CLXXVI.

Ut multa ulnarum nunc possideas millia,
te mortuum sequentur tres aut quattuor.

CLXXVII ed. mai.

P. Iram moderare. F. Cupio: quippe ita est, pater:
ira indulgenti nullam referet gratiam.

CLXXVIII.

Quaecumque facit iratus, ea si examines,
secus atque oportet facta post intelleges.

CLXXIX.

Quanto benignum satius est dominum pati,
quam vivere inopem liberi sub nomine!

CLXXX.

Si quid nescitum ab alio cupias discere,
praesta, quod primum in discipulo est, silentium.

CLXXXI.

Nisi ridicula res sit ob quam rideas,
ipsius risus nascitur derisio.

CLXXXII.

Qui iuvenis arte non alit matrem sua,
is ab radice ramus est inutilis.

CLXXXIII.

In lacta e rebus duris enisus, memor
bona in fortuna sis prius infortunii.

CLXXXIV.

Malorum hominibus hoc initium maximum est,
bona quae sunt nimia.

CLXXXV.

Quaerendûm liberûm
legitimûm causa do tibi gnatam meam.

CLXXXVII.

Nostri interim
non est qui curam habuerit extra unum deum.

CLXXXVIII.

Egenus modo cras, bone vir, imo mortuus:
nunc subito es opulens factus.

CXC.

Quam suavis est res, commodus et iuveniliter
festivus genitor!

CXCI.

Rerum omnium
nihil est quod non conficiat assiduus labor.

CXCII.

Bellum atque nitidum militem ne Iuppiter
quidem ipse fingat.

CXCIII.

Difficile est, Phania,
destruere subito longam consuetudinem.

CXCIV.

Audacius me iudice imperitiâ
nihil invenire est.

CXCV.

Nam quo quis sapit minus,
hoc mage superbit pendens de plausu levi.

CXCVI.

Unum inter homines consilî est expers, amor.

CXCVII.

Periculi
res plena est mulier recte quum fari incipit.

CXCVIII.

Femina
haud facile verum ut dicat a sese impetret.

CXCIX.

O nox, nam Veneris plurimum tibi obtigit.

CCIII.

Suspecta pax haec tanquam amicitia est lupi.

CCIX.

Tace, puer: bona magna sunt silentii.

CCXV.

Amansque nemo aequo animo fert se despici.

CCXVII.

Turpe indecora vita, si dulcis licet.

CCXLIV.

Lex quem vereri se scit, eum non territat.

CCXLV.

Mori amat cui vivere non est ex animi sententia.

CCXLVI.

Vir bonus in multis rebus est salutifer.

Bene agere, officium est liberalis ingeni.
Bonitas ingenio praedita insigne est bonum.

CCXLVII.

Ratione nihil eorum fit, Fors quae facit.

CCXLVIII.

Res caeca mihi videtur imprudentia.

CCXLIX.

Nil suspicandum de probis est sequius.

CCL.

Suspicio factis plus valet ad calumniam.

CCLI.

Viaticum vitae optimum est audacia.

CCLII.

Audacia non est numen praesentius.

CCLIII.

Fingis te agrestem, quum revera sis malus.

CCLIV.

Mixtum est amarum dulci in vita rustica.

CCLV.

Servus plus sapiens servo, taedium parit.

CCLVI.

Grave est habere feminae verbis fidem.

CCLVIII.

Anum irritare quam canem tutum est minus.

CCLIX b.

O nati quanti animo estis humano illices!

CCLX.

Parentes qui vadaris, insanis miser.

CCLXI.

Benignitate patris fit melior filius.

CCLXII.

Dulcissima est res fratrum concordans amor.

CCLXIII.

Homo: ista causa ad calamitates est satis.

CCLXIV.

Inhoneste est pauper quem paupertatis pudet.

CCLXV.

Forti animo ferre fortunae aude amentiam.

CCLXVI.

Amici sermo grata res moerentibus.

CCLXVIII.

Deum verentes in tui aspectu mali.

CCLXIX.

Ne velis in res minutas perdere iracundiam.

CCLXX.

Vero nocente potius est mendacium.

CCLXXI.

Res difficilis est falsum loqui.

CCLXXII.

Molestum pecus est desidens domi senex.

CCLXXIII. CCLXXIV.

Nemo qui bonus est facinus committit malum.
Quam pulchra res est bonitas cum prudentia!

CCLXXV ed. mai.

Sapiente qui plus sapiat est quum fallitur.

CCLXXVI.

Prudentiae subiecta parent omnia.

CCLXXVII.

Fidem non reperit inopis veriverbium.

CCLXXVIII.

Dies si accedat, nihil non est resciscere.

CCLXXIX.

Minus ut sis servus, servi liberaliter.

CCLXXXII. cf. ed. mai.

Decet istud omnes, abstinere iniuriis.
Debet quod ius est vincere omni tempore.

CCLXXXIV.

Loqueris: sed ideo loqueris, ut lucrum feras.

CCLXXXV.

O quantus labor est irae frenare impetum.

CCLXXXVI.

Haec aetas omnem iam conturbavit fidem.

CCLXXXVII.

Rubor iam periit: omnes frontem perfricant.

CCLXXXVIII.

In aetate utibilius nil silentio est.

CCXCI.

Ut facit
Fortuna in nostra vita delicias sibi!

CDLXXIX.

Etiam in perplexis rebus vir bonus usui est.

EPIGRAMMA MENANDRI

DE EPICURO ET THEMISTOCLE.

Salvete, o Neoclis nati duo: quippe per illum
libera gens Cecropis facta, per hunc sapiens.

SENTENTIAE

SINGULIS VERSIBUS CONCEPTAE. *)

* Hominem res sapere humanas, non ultra, decet.
Bonum est quod haud aufertur, eruditio.
Expelle vita quidquid ad luctum facit.
Mortalis odia ne gere immortalia.
* Ea non imitemur, ipsi quae contemnimus.
* Affert iacturam, quodcumque iniustum est lucrum.
Sunt gratiora cuncta carpta in tempore.
Homo es: ergo fortunae esto communis memor.
Iniusta res est sponte amicos laedere.
Qui benefici non meminit, ingratum voca.
In lucis oras protrahit verum dies.
Bonum undequaque maximum prudentia est.
Tolerare casus fortiter virum decet.
Adducit ad supplicia numen improbos.

---

*) Asterisco qui notati sunt versus apposui ex versione Fr. Dübneri; ceteri partim Grotio, partim H. Stephano debentur.

Damna hominibus dat multa consilî inopia.
Hominem esse temet perpetim dicta tibi.
Ne iudicato nisi bene auditum prius.
Abstrusa, omissis quae patent, quaeras cave.
Malus quod est beatus, hoc ipso est miser.
Mortalis, irae disce moderari impetum.
Supplicia nemo fugiet insolentiae.
* Vires adauget omnibus necessitas.
Nil facito discitove turpe quod siet.
Hominis mali usquequaque congressus fuge.
Scribantur in aqua si qua iurat improbus.
Cuius notae sit quisque, indicium oratio est.
Haud fructus eius qui vir est iustus, perit.
Nunquam bono est exosus alter vir bonus.
Servat virum vir, civitatem civitas.
Virtute summum ne voces ignobilem.
Miserescere haud scit improbi cordis rigor.
Fugiunt amici quem fugit felicitas.
(Aufert senectus cuncta, robur corporis,
auditum, aciem oculorum, pulchritudinem:
voluptas omnis abit.)
Honesta scire cuncta praestantissimum.
Debere vitam semper ingratos facit.
* Inter homines malum omne praetextum invenit.
* Illiberalem reddit amor pecuniae.
Irae remedium, sapiens est oratio.
Fortuna nostra amicos laetificat bona.
Quod indecorum est, tu nec audi nec vide.
* Cave hominem ingratum credas tibi amicum fore.
Doctrina mores esse non patitur feros.
Vana quibus est mens, alere spes illos solet.
Noli ipse pauper invidere habentibus.
Fac, lectus imperare, te dignum imperî.
* Iterum pugnabit ille etiam qui fugerit.
Alios quidem culpare sapientes sumus;
at nostra nos delicta non agnoscimus.

Aliis placere quaere, non soli tibi.
Nimia libertas vitium inemendabile est.
Rationis actu nescit improbitas regi.
Frustra laborat cursus expers consilî.
* Viro non unquam eveniunt divitiae probo.
* Dei timorem principium omnium puta.
* Amicis uti fuge malis aut improbis.
Improvido res propria, deliciis capi.
Secura vita est absque matrimonio.
Nihil, ut videtur, proprium in vita datur.
Mortalis ullus vix sit exsors tristium.
Amice, ubique lucra sectari cave.
* Ad iram tardus, devita impotentiam.
Constans ubique sis, amicis maxime.
Incede rectam, si vir es iustus, viam.
Omni arte vitam quaere, dum ne ars sit mala.
Ditescere omnes volumus, at non possumus.
Homo nullus aevum degit arbitrî sui.
Vi quia paratur vita, vita dicitur.
Vitae colentis aequa pulcher exitus.
Nam tutior res nulla consilio bono.
Reddenda cunctis vita, tanquam debitum.
* Nihil inchoes, nisi inito consilio prius.
Nociva res est animus irae traditus.
Tibi sunt parentes primo honorandi loco.
* Bonis inceptis addas auxilium tuum.
* Non est vitalis vita victus indigens.
Deterior animi morbus est quam corporis.
Studeas placere cunctis, non soli tibi.
Nihil viro uxor est, nisi esuries mera.
Uxorem si non duxis, vives commode.
Rex est imago viva viventis dei.
Linguae modum tenere praecipuum puta.
Frenis regendus venter adductis tibi est.
* Quo curras, animum advertere usque memineris.
Decus affert omni mulieri silentium.

Salvam domum praestare matronae est probae.
Mulier familiae pestis est, mulier salus.
Cave salutem feminae credas tuam.
Scit quod cupiscit femina, ulterius nihil.
Grave est malum homini risus haud in tempore.
Tellus ut edit ita resorbet omnia.
Senex amator, ultimum infortunium.
Ad poenitendum properat qui uxorem accipit.
Non ornat aurum feminam, at mores probi.
Mulier probe morata, vitae est sospita.
Certe invenire feminam haud facile est bonam.
Sepelire satius feminam quam ducere.
Prudentia opus est ubi didiceris literas.
Natura fecit sumtuosas feminas.
* Uxorem cape, non dotem, in matrimonium.
Honesta mulier est gubernaclum domus.
Natura quippe feminae imperium negat.
Consilia tutiora sunt quae dant senes.
Connubium homini inire, votivum est malum.
Quaeris maritus esse? vicinos vide.
* Exerce pueros: non exercebis virum.
Reverens pa entum sis, amicis beneficus.
* Nulla unquam spectat mulier, utile quod siet.
* Senum quam iuvenum monita attendes tutius.
Mens stulta ridet, quando ridendum est nihil.
Nihil propemodum mulier distat mulieri.
* Ne ducas iuniorem, si fueris senex.
Afferre damna lubricum linguae solet.
Proba sunt illius facta cui mens est proba.
* Senectutis non habetur effugium malae.
Benignus esse quaere; sed iustus magis.
Non bene stat intra verba amicorum fides.
* Hero bene cupias servitutem serviens.
Turpi esse forma malim, quam esse maledicus.
Dei tuenda memoria in rebus bonis.
Sis aequus, aequa ut consequari, tu quoque.

* Animos nonnumquam humanos concinnant opes.
Qui sapit, eundem non bis errabit modum.
* Iurgia amicorum solvas, haud intenderis.
Quercu cadente, nemo lignatu abstinet.
Dans parva sorti, recipies quae magna sunt.
Aliis necesse est bene sit, aliis sit male.
Opem tibi deus, iusta si egeris feret.
Nulla est noverca pestis exitialior.
* Etiam consilia ignava ignavi sunt viri.
* Mulier fit domina sponso, simulac duxerit.
* Multum struendas mulier ad fraudes valet.
* Dum vivis, insidiosos curriculo fuge.
* Malus sum mihimet ipse Genius, ducta divite.
Res nulla servo peior est, etiam bono.
* Mala non videbis fieri nisi per mulieres.
* Si iustus es, pro lege tibi mores erunt.
* Iniuste facere nesciunt mores probi.
* Virtutem sequere et laudem: fuge famam malam.
* Servire in servitute servo alii time.
* Laus est, si, quibus est imperandum, tu imperes.
* Cupiditas quae sit iusta, fructum fert statim.
Bonis hominibus quid nisi bona det deus?
* Spera felicitatem, si colas deum.
* Melior amicus opibus, in re turbida.
Te liberum ipse moribus praesta tuis.
Miseri miseriae ne quid adfingas mali.
Nunquam deus surdescit ad iustas preces.
Bene fac amicis, res habent quorum male.
Mali facinoris liberam serva manum.
Crescunt labore cuncta bona mortalibus.
A nocte sapiens capere consilium solet.
Damna ac dolores disce generose pati.
Ulciscere hostem, non tamen damno tuo.
Audentiam tibi sume, non audaciam.
Bonum senectae compara viaticum.
Quisquis parentes bene colit, speret bene.

Amorem inopia nummi sedat, aut fames.
Modestia est servanda coenanti foris.
Nemo maleficus se fatetur maleficum.
* Ad ebrios it, non ad impransos, Venus.
* Insunt modesti mores etiam mulieri.
Vix feminarum in genere reperias fidem.
Perhibere vera semper ingenuum decet.
Multi bonis in rebus haud sapiunt bene.
Minus dolebis, quo hostibus credes minus.
Habebo amicos, si habuero pecuniam.
* Inimicus homo nil unquam praestat utile.
Taciturna facile ingenia contemni solent.
Unus familiae servus ipse adeo est herus.
Inscitiam etenim vincit experientia.
Cunctis memoria est fluxa, quîs factum bene est.
* Nonnulli oderunt adeo beneficos sibi.
Maiora perdes, minima ni servaveris.
Mortalis quum sis, intra mortalem sape.
Opta aliquid habeas: qui habet, is et amicos habet.
Amice, non sapientis est res temeritas.
Magni est laboris quicquid est pulchri uspiam.
Esto opere, non sermone solo industrius.
* Difficile inventu est iustum, ubi ubi quaesiveris.
* Iustitiae est oculus: is nihil non perspicit.
* Miseria amici mihi suprema est miseria.
* Magna ornamenta pereunt propter mulieres.
* Voluptas aliqua inest vel infortunio.
* Concinnat luctus suspicacem et miseria.
Nempe est voluptas mater infortunii.
* Eunuchus, alia vitam spurcans bestia.
Vives bene, si sis vacuus iracundia.
Tibi studeto gloriam relinquere.
* Quaerere tuarum rerum auxilium memineris.
* Fortunae arbitrio nos modesti vivimus.
Ut quimus haud ut volumus aevum ducimus.
* Ne temere vivas: specta longa et proxima.

Probi viri esto temperantisque aemulus.
Satius mori quam calamitose vivere.
Nil facito dignum morte, si amas vivere.
Mulieris aemulatus incendit domum.
Vitam ex honestis tibi para negotiis.
Haud liber ultra est, nuptiae quem vinciunt.
Nullam esse decuit feminam, multis modis.
Quaere adiuvamen rebus uxorem tuis.
* Mortis non memores, inconsulto vivimus.
* Non est, iners et malus ut vivat suaviter.
Felicis aevum sine malis agere, aut mori.
Bonae indolis venena sunt mores mali.
Iniusta fuge compendia et mores malos.
Multis hominibus lingua perniciem attulit.
Opes tenere, non teneri opibus iuvat.
Dulcissimum prudentia inter prospera.
Sile, meliora vel loquere silentio.
Veniet senectus omne crimen sustinens.
Natura generi cuique tanquam patria est.
Ex moribus, non aere, nupturam aestima.
* Vitiorum hominibus pessimum est rapacitas.
Natura superat omne doctrinae genus.
Vox prava non pertingit ad mores bonos.
* Aut caelebs vive, aut dominus uxori tuae.
Homini, ut videtur, patria res dulcissima est.
Tempestiva aliqua ni voluptas sit, nocet.
* Iustus beatus optimum est spectaculum.
Est moris explorator humani dies.
Malis initium lingua permultis dedit.
Silentium anteferendum est turpiloquentiae
* Silentiumque sapienti est responsio.
* Hominem non velle significat silentium.
* Inepta mens hominibus impertit mala.
Aut occulendum nil patra, aut solus patra.
Ut multa venter accipit, sic paucula.
* Immemores beneficiorum gignit inopia.

Inesse linguae veritas lapsae solet.
Deum verere: cuncta sic facies bene.
* Post deum habeas parentes proximo loco.
Tria magna mala sunt, aequor, ignis, femina.
* Victurus bene, ne mentem pravorum geras.
Ingens mali thesaurus est mulier mala.
* Deus est qui nihil admisit unquam in se mali.
* Non est thesaurus vitae nisi negotia.
Bene vivere omnes volumus, at non possumus.
Rem facile quamvis peragit adiutor deus.
Numen parentes maximum prudentibus.
* Vulgi tumultus longe fuge et insaniam.
* Melior fortunae guttula artis urceo.
* Donum divinum est bona mens et mores probi.
* Longe est auxilium numinis ab inertibus.
Supra deum ne sapito, mortalis satus.
* Si mens est tibi, coles potentes qui sient.
* Si mens est tibi, ne cedas iracundiae.
* Pietate maius nil offertur numini.
Obsistere est difficile fortunae et deo.
Inter feras fera nulla ferior muliere.
Homo natus id quod instat ut videas age.
Nullus beatus absque numine est dei.
Haud ullus unquam transilit plagam dei.
* A peccatore sese numen segregat.
Deum latere ne putes quod peieras.
Res pulchra et iram et cupiditatem vincere.
Crimen deorum est improbi felicitas.
Consilia dare, res prorsus et vere sacra est.
Quamvis superior sorte, da te, aequum omnibus.
Oratione nulla vis potentior.
* Aequalitatem cole, neque ullum deprimas.
Muliebre telae sunt opus, non concio.
Ipsum venenum est aspidis, mulier mala.
* Vicisse satis est inter liberos tibi.
Tuas amicus crede amici miserias.

* Mulier et mare sunt ìsdem plane moribus.
Plebs nempe res est valida, sed mentis carens.
* Sis idem, amicos an inimicos iudices.
Feritas leaenae quanta, tanta et feminae.
Medicus loquax, secundus aegro morbus est.
Honora amicos tanquam honorares deos.
Senes parentes qui fovet, vivet diu.
* Aliquid vidisti pulchrum? nihil elimina.
* Visa re turpi, cum aliis ne te immisceas.
Occasionis nosse res pulchra est modum.
Facient malorum te malum commercia.
Doctrina hominibus optima est possessio.
Aurum probatur igne, amicus tempore.
* Malum est hominibus maximum immoderatio.
* Malum castiga, maxime si sit potens.
Nihil peccare in amicos, est pulcherrimum.
Fiet levis fortuna, si leviter feras.
Mendicus etiam saepe valet in tempore.
* Silere oportet improbi flexus viri.
Res pulchra senium, pulchra non senescere.
* Bonis dicendis et discendis dato operam.
Opulentiae antepone rumorem bonum.
* Pulchrius in hortis gignitur nihil rosa.
Iudex et accusator esse idem nequit.
Ex non honesto lucra sectari cave.
Nihil est inani gloria infelicius.
Silentium anteferendum est vaniloquentiae.
Quìs foeda vita restat, his pulchrum est mori.
* Nil utilitatis improbi in donis viri.
Malo ex amico fructus oritur pessimus.
Vivisque mortuisque poena instat malis.
Benefacta bene locata, thesaurus gravis.
Satius mori quam calamitose vivere.
Addiscere aliquid digna res etiam sene.
Composita recte vita frux virtutis est.
* Vincere bonum est: ultra fas vincere, lubricum.

Inopia honesta potior opibus improbis.
Quaestus iniquos damna consequi solent.
Hominem malignum nec viae comitem cape.
Mores decori, frugis est pulchrae seges.
* In vita occrevit nobis ut gramen malum
mulier; malumque hoc opus est servemus domi.
Suo arbitratu nullus est felix satis.
* Sanus es? negotiorum observes tempora.
Doctrinae habetur ratio vel ab agrestibus.
Ars est hominibus portus infortunii.
Amans sui ipse nimis, amicu'st nemini.
Verbis repone verba suasori tuo.
* Omnibus doctrina portus est mortalibus.
* Oratione leni, medicina optima.
Mortalium res sola regit oratio.
* Ratio remedium est unum moestitudinis.
Tristitia morbos parturit mortalibus.
Capias ut iterum, redde quod iam ceperas.
* Iuvat portus navem; vitam, animi serenitas.
Sanare luctum scit benevola oratio.
Inter dolores maximum humanos fames.
Famem adeo responsare nil contra datur.
* Illata mala repende; amantem magis ama.
Servus molestu'st supra herum sese efferens.
Mulier perenne pignus aegrimoniae est.
Sermonem ab hoste benevolum nunquam puta.
Moeroris unica medicina oratio.
Melius leonis feminae commercio.
* Modestus sermo, et qualis deceat, sit tuus.
Latere semper posse ne spera nocens.
* Est sermo gratus pro relata gratia.
Curanda res est, ex decoro vivere.
Odi professum sapere, qui sibi non sapit.
Mores in arbitrando, non faciem vide.
Mulier malorum plena semper sarcina est.
Credenda cunctis esse cuncta ne putes.

* Graves imitator mores, ne imitator malos.
* Pretium docet te, non praeceptor, literas.
Laboret is, beatam qui vitam cupit.
* Nunquam non fugere inepta, et hoc virtutis est.
Felix qui mentem cum divitiis possidet.
Ne fuge sodalem quum calamitas ingruit.
Felicitas eximia, sapiens filius.
Ne recipe amicos inter arbitrium duos.
* Ne agas celeria tarde, aut tarda celeriter.
* Malorum ne miserere fortunae malae.
Irae remedium maximum est oratio.
Post munera cito consenescit gratia.
Memento dives facere pauperibus bene.
Quod destinatum sorte, non fugies pati.
Beatus ille quoi beatus imperat.
Mala multa secum longa ferre aetas solet.
Quum recta fatur, improbum odi maxime.
* Noli increpare neu monere mulierem.
Iuvenis memento te fore aliquando senem.
* Consilia versas? noli admittere mulierem.
Misero cave insultare: Fors hera omnium est.
Generosa amicus mente, felicis bonum.
Ditescere properans, inops fies cito.
* Doceri si didiceris, est magnum lucrum.
Res pauper est odiosa, donans diviti.
* Utile communicato mulieri nihil.
* Eris immortalis, si non ducis mulierem.
* Duxisse ditem, servitus magna est viro.
* Noli perpetuo vertere oculos ad lucrum.
* Pecuniosus verbero, malum maximum.
Ne sit mihi quod cupio, sed quod expedit.
* Cum iustis semper versare in eodem loco.
Nil non fit aut diiudicatur legibus.
Commune cuivis crede, quod cuiquam accidit.
Bene iudicare maius est silentio.
Sine dote nupta ius loquendi non habet.

Res est honesta pro locis leges sequi.
Dum floret aetas, disce quod scitum iuvet.
* Nemesin caveto: longe fuge superbiam.
Iuvenem magis tacere quam fari decet.
Calumniae mos vincere id quod rectius.
Veros amicos, alteros fratres puta.
Iubet parentes lex coli iuxta deos.
Tu tibi parentes alteros credas deos.
* Legibus haerere sapiens debet firmiter.
Ratione rem putando, vince irae impetum.
Uxore ducta vivere ut servus para.
Morbum quam tristitatem exantles facilius.
Audi libenter, ipse adhuc iuvenis, senes.
* Nam nox quietem praebet, facit opus dies.
* Officia vetera vincit officium novum.
* Sermone melius est iuveni silentium.
* Iuvenis labora: senium habebis floridum.
Praetervidere pauperem externum cave.
Amicus esto fidus in fidum hospitem.
Bene de extero quid meritus, exspectes idem.
Bene se modeste gerere peregrinum decet.
Ut corpus ensis, verba mentem sauciant.
* Terrae, ubi versaris peregre, obsequere legibus.
* Gravis res multimodis peregrinatio.
Cura hospitalis esse, nec in hoc sis piger.
Occasione laedito nulla hospitem.
Valens sagaci mente, quod pravum est, fuge.
Rerum abstine peregrinus, et vives bene.
Bene hospiti fac: tu quoque hospes fors eris.
Silere quam clamare peregrinum decet.
Honorem habe, peregrine, susceptoribus.
Qui literas didicere, mentis plus habent.
Qui sapit, is in se cuncta circumfert sua.
* Non est inhonestum, ea quae nescis discere.
* Igitur rediturum spera ad amicitiam tuam.
Nemo est, amicus ipse qui non sit sibi.

Nil sanitate vita habet beatius.
* Quo vis irrumpit, ibi nihil leges valent.
Amantis ira ferre aetatem non potest.
Nunquam probarim sumtuosum mortuum.
Haud de futuro tuta quis deliberat.
Nihil muliere peius est, pulchra quoque.
Moerore nullum hominibus est peius malum.
Consilia sunt intuta, quibus ira adsidet.
Haud ulla res pretiosior sapientia.
* Silere non est turpe, sed frustra loqui.
Arcana amici ne per iram prodito.
Vacuam invenire non datur vitam malis.
Multum meracum pauca sapere nos facit.
Seniliores quaere amicitias tibi.
Male eruditur ille qui non vapulat.
Nulla est amico pulchrior possessio.
Quid cogites scit nemo; quid facias patet.
Flore in iuvenili moritur quem dî diligunt.
* Lacrumae oratori eaedem ac meretrici cadunt.
Vinum impedit * * * *
Fortuna multos spoliat, alios munerat.
Ad prava saepe impellit iracundia.
Quicumque nihil scit, ille vir peccat nihil.
* Miseriam expertis iniicit nemo manum.
Minus insolesce quo magis res prosperae.
Virtus hominibus arma praestantissima.
Mortalium cuique sua mens est deus.
* Mala pristina haud oportet ferre in memoria.
* Non ullum paupertate maius est malum.
Multis malis caret ille, qui uxorem haud habet.
Illiterata vita cum oculis caecitas.
* Nullum e moerore exemit data pecunia.
* Calumniator, quemquem novit, huic lupu'st.
Iurare fugias, vere, falso, haud interest.
Toleres amici et comitis iracundiam.
* Bellum paucorum gratia aufert plurimos.

Mercatum crede tempus hoc quod vivitur.
* Multos consuevit alere iniuria et nefas.
Occasione amicus fit qui non fuit.
Multis adest fortuna, non prudentia.
* Tuas res age; alienas ne curaveris.
Rebus magistra plurimis occasio.
Onus est inopia longe gravius ceteris.
Boni parentis ira nulla in filium.
* Non qui te genuit, est qui nutrivit pater.
Tibi nunquam amicum facito moratum male.
* In paupertate spiritus fuge divitum.
Pauper inhonorus, genere sit clarus licet.
* Ingratus omnis homo non est quin sit malus.
* Facile alloqueris omnem qui passu'st mala.
* Vel vilitatem sapiens qui sit sustinet.
Omnia revelans tempus in lucem eruit.
Desidia nescit educare pauperem.
Tolerare inopiam cum senectute arduum est.
Sapientibus Fortuna se fert opiferam.
Perferre inopiam non nisi sapientium est.
* Loquenti bene quod contradicam habeo nihil.
* Paullo momento, ut trutina, vita impellitur.
Vitae lues vox missa non in tempore.
* Malos amicos et levitatem omnem fuge.
Vivas facilius, coniugem si non alas.
Argento sordes illitas puta mulierem.
* Facilius ferre oportet quae incidunt mala.
Patientiam suadere facile, non pati.
Si dives es pigerque, mox inops eris.
* Ex omni more malefico tete eruas.
* Venerare numen: quid sit, noli quaerere.
Dat sapere consors vita cum sapientibus.
Tu non nisi a prudente consilium pete.
Est ubi loquela melius est silentium.
Signum ad salutem grande morum comitas.
Consultor homini tempus utilissimus.

Tolerare casus nobilem animose decet.
Et discere id quod nescias, sapientia est.
Pretiosior res opibus est sapientia.
Sapientium consilia sunt sapientia.
Decet tacere quam loqui quae non decet.
Te liberum ipse moribus praesta tuis.
* Omnia vel sapiens nemo est qui prospexerit.
* Apud sapientem inventa est ratio primitus.
* Bona sine amicis noli fortuna frui.
Mortalium res plurimas capiunt vices.
Nam quod me nutrit, id ego numen deputo.
Metue senectam: quippe comitata advenit.
* Legibus naturae non potest evadier.
Malum viris est mulier, at dulce est malum.
Sunt cuncta ubique famula diligentiae.
* Artem fortuna, non ars fortunam erigit.
Minora noxas lucra maiores ferunt.
Fortuna famam saepe dat prudentiae.
* Emortua omnis est hominibus gratia.
* Ab ipsis fere parantur mala mortalibus.
Invenit amicos hominibus pecunia.
* Salutant omnes laeto vultu beneficum.
Felix amicus nullus infelicibus.
Lucrum esse lucrum crede, si iustum est lucrum.
Mors ipsa non est foeda, sed fœde mori.
Magnum horreum est hominibus temperantia.
Hominis mali est culpare quem laudaverit.
Homines amici sunt omnes felicibus.
* Ne tu labores frustra in iis quae nil iuvant.
Satis beati est esse sine moeroribus.
Felicium se quisque cognatum vocat.
* Non invenitur veritas ab hominibus.
Haud pondus ullum pauperum verbis inest.
Omnes enim homines sese honorari expetunt.
Foenus frequenter liberos servos facit.
Malorum maximum hominibus, superbia.

Noli ipse laudis facere tibi praeconium.
* Malum est hominibus maximum insolentia.
* Sapiens non capitur deliciarum retibus.
Vitae bona duo, sanitas, prudentia.
Incolumitas est corporis nostri sopor.
Ea fator atque disce quae pietas probat.
Sopor est hominibus ipsa vitae sanitas.
* Magnum est malum, somniculose vivere.
Ad multa cogit nos necessitas mala.
* Prudente patre bonum non maius filio.
Tibi si est amicus, esse thesaurum puta.
Si non laboris te piget, vives bene.
Haud ullus alii quam sibi est amicior.
Amicum ob iram deserere cave in malis.
Laedens amicus distat inimico nihil.
Haud facile commutatur ingenium malum.
Procul voluptas sit ea quam excipit dolor.
Fidelem amicum ne time in rebus malis.
Fugiendus herus est semper, ira percitus.
Mores amici noveris, non oderis.
* Constantis animi nulla unquam est consumtio.
* Probas amicum, ab eo, si longe absies.
Aurum omnia aperit, inferûm portas quoque.
Nam terra donat ac resorbet omnia.
* Mulier marito saeva tempestas domi.
Non ullum sine muliere fit malum viro.
Non vulneratur vir bonus verbo improbo.
Digitum lavabit digitus, et manum manus.
* Non decet in rebus esse laetum turpibus.
Diesque celat omnia atque oblitterat.
* Doceat te oportet vir probus sapientiam.
Diu latere non queunt mendacia.
Ita tempera animum, ut rebus assuescat bonis.
* Animi nam frenum magnum mens est hominibus.
Sermo medela est animi ad aegrimonias.
Animae tuae tu curam gere pro viribus.

Nil repperiri carius vita potest.
Vitam dissociat mentiens calumnia.
Mendacium odit qui vir est frugi et sapit.
Quam dulce facies pulchra cum ingenio probo!
Quam dulce servo lenem herum nanciscier!
Quam nihil est disciplina ni mens adsiet!
Opulenti amicos, quos volunt, omnes habent.
Ut cuncta nunc sunt cara, nisi mores mali.
Muliebris o quam sexus est infida res!
* Quam turpe hominibus est intemperantia!
Res est homo peramoena, quum vere est homo.
Quam vita dulce est, fata dum non invident!
* Turpis res, laute vivere ingenium malum.

SUPPLEMENTUM EX ALDO.

Non iustus omnis abstinens iniuriae est,
sed qui nocere quum potest, tunc abstinet.
Res sunt cognatae vita et anxietudines.
Spontalis est miseria, satio liberûm.
Nil flore differt vegetus aetatis vigor.
Presso miseria spes salus est unica.
Mali est levamen esse sine negotio.
Simul miseritum est, ipsa moritur gratia.
Non fert honesta vita negligentiam.
Per se ipsa vitae sat docent negotia.
* Senectus omnia aufert, robur corporis.
Eris beatus, sapere si recte vales.
Praestare semper crede quod tutissimum est.
Evasi doctus spectans aliena ad mala.
Doctrina baculus dicier vitae potest.
Recta institutio, virtutis praemium.
Homini deus sua cuique conscientia est.
Nil stabile in aevo cernitur mortalium.
Ea vera vita est vivere ex sententia.
Qui literas didicere, bis tantum vident.

Homines profecto quantum habent, tantum valent.
Quae fit silendo, gravior accusatio est.
Fortuna res est maxime inscrutabilis.
Mortalis ad senium usque spera quidlibet.
* Si non contineas linguam, patieris mala.
In comitate magna vis est gratiae.
Terra esse pauper malim quam dives mari.
Ex rebus aufer capere, et abstuleris malos.
Vita indecens, fortuna quum vitam invidet.
* Homo iudicari ex poenitentia potest.
Natura donat ac resorbet omnia.
Amatur genitor cui pro ira prudentia est.
Mortalis irridere parce mortuum.
Deo volente naviges vel vimine.
Aequalitatem sequere; quod supra est, fuge.
* Tua deputato amicorum infortunia.
Morbos ad animi medica valet oratio.
Spectare mores dulce matronae probos.
Validior ipsa lege res occasio est.
Ad regna quoque vertenda valet occasio.
Specta quod aequum, non quod utile, iudicans.
* Commune est fortuna; at privum est prudentia.
Est crapulante melior is qui sobrius.
Vir probus idemque felix, publicum est bonum.
Honesta tenuis vita prae dite ac mala.
Nulla ab inimico verba crede benevola.
Mihi benevolentum nemo uxorem duxerit.
Ratione subiuganda praesens calamitas.
Mos est hominibus anteferre extraneos.
Ira imperita mater est multis malis.
Nemo et repente dives et iustus fuit.
Mali nil equidem es passus, ni prae te feras.
Odiosa praecox semper est prudentia.
Prudens vir omni haud aptus est negotio.
Illaesa solis vita concessa est deis.
Res taediosa senior in iuvenum grege.

Ubicumque est mulier, ibi malorum omne est genus.
Acutus ad cernenda cuncta oculus dei.
Eheu! ut homines subita dementant mala.
Felix ab omni parte nemo usquam est homo.
Adest ubique, nilque non cernit deus.
Multorum ingressus medicorum me perdidit.
Multis miseriae causa, femineum genus.
Non servat iram in filium clemens pater.
Iniqua nunquam facito opum fiduciâ.
Ne curiose alterius inquire in mala.
Nil agere causa plurimis ut agant male.
Annos notat canitia, non prudentiam.
Saepe est malorum causa festinatio.
Conare ferre sortis ignorantiam.
Re non amant plerique, sed mensa tenus.
Orator improbus lues est legibus.
Emissa ab ore verba revocare haud datur.
* Stertunt fortunae obruta bonis negotia.
Fortuna parva versat humana omnia.
Domus enim columna est proles mascula.
Bonus consultor sis amicis, non malus.
Bonorum sis consultor, nullius mali.
Est patria tellus omnis, cuicunque est bene.
Pretiosa res possessio aequitatis est.
Humana vita, caecum et infelix iter.
Habent mala lucra calamitates pedisequas.
Opta tibi usque Temporis faventiam.
Cunctis hominibus gloria eruditio est.
Nimis agere multa putidum semper nimis.
Multa agere multis initium est moeroribus.
Peccet necesse est multa, qui multa audeat.
Humana casus vita, non prudentia est.
Meliora quam nos saepe casus consulit.
Aequo potentum imperia disce animo pati.
Nil agere temere semper est tutissimum.
Desubito tempus demovet res de statu.

Hoc, Nosce temet, utile est per omnia.
Felicis hominis, indolentem vivere.
Suspicio pestis pessima est mortalibus.
Necessitati cuncta succumbunt cito.
Formosa mulier plena res superbiae.
Danda opera amici coniugisve in gratiam.
Vinclum est amoris grande, satio liberum.
Bonos vocare pessimos, mos est malis.
Mores bonos congressus inquinant mali.
Sapientis opus est, facile iacturam pati.
Homini necesse est ferre fortunae impetum.
Dans operam amico amicus operam dat sibi.
Mores amici noveris, non oderis.
Tutius habetur iusta amicitia nihil.
Celebrare amici quam tuas laudes velis.
Homini senectus taediosa est sarcina.
In tempore acceptum ipse redde in tempore.
Bene quaere multis facere, sed pro viribus.
Beneficia iusta confer et iusta accipe.
Sumti beneficî sis memor, dati immemor.
Filia molestum incommodumque peculium est.
* Facile tempestas in serena solvitur.
Quam magna res quae parva sed data tempore!
Res tempus omnes optime diiudicat.
* Quam multa nobis fert voluptas tristia!
Fortuna splendens quam levi impulsu ruit!
Quam vita dulcis, vita quid sit nesciis!
Qui pauper ducit uxorem, est miserrimus.
Fortuna, quam res varia, quam volubilis!

DIPHILUS.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

II.

Vir bone, miserias disce mortalis pati
ut quod necesse est, et non ultra, sis miser:
nec mala iumento tibimet accersas tuo.

ΑΠΟΛΙΠΟΥΣΑ.

I.

Quot sunt convivae numero quod ad nuptias
quaeso, vocasti? deinde suntne ex Attica
omnes, an adsunt et peregrini? B. Quid hoc
te spectat tandem qui coquus sis? A. Quin, senex,
in eo praecipua pars nostrae artis vertitur,
ut convivarum recte noscamus gulam.
puta si vocaris Rhodios, simul intraverint,
dato Silurum discerpendum protinus
de fervefacto iure, vel Lebiam: magis
gratum id, quam vinum si unguentatum affuderis.
A. Silurizare lepidum est. B. Sin Byzantios,
asperge quicquid est ciborum absynthio,
salita et alliata fac sint omnia.
nam quae est apud ipsos piscium frequentia,
muccosos omnes et pituitosos facit.

II.

Acetum credo habes:
puto, etiam laser quantum satis accepimus.
his ergo cuncta quam potes spisse preme.
circumspargentur folio suaveolentia.
nam condimentorum id genus acrimonia
senum sensificas partes facile exsuscitat:
et nauseantis taedii torpedinem
fugans edendi prolicit lubentiam.

ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

Fac sit poculum
plenum: mortale quod tui est imple deo:
bibe: namque hoc nobis est Iovis Fidii, pater.

ΓΑΜΟΣ.

Assentator scilicet
satrapas, duces, amicos, civitates denique
facile evertit modicum oblectans tempus verbis maleficis.
at nunc nescio quae tabes populis cunctis insidet:
ipsa iudicia laborant victa regno gratiae.

ΕΛΕΝΗΦΟΡΟΥΝΤΕΣ.

O quae regens haec numine invisis tuo,
amica Divis, sacra Brauronis loca,
arcidoma virgo nata Latonae ac Iovis,
tragici ut loquuntur magna libertas quibus
concessa fari ac facere quod libitum est modo.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

II. I.

Vidisse pisces cariores antidhac
non memini. decuma, Rex Neptune, si tibi
isto de pretio cederet quotidie,
omnes anteires caelites opulentia.
tamen horum siquis forte arrisisset mihi,
dedissem exactum pretium, quantumvis gemens.
pro congro vero, tanquam Priamus pro Hectore,
quantum ipse pendit, tantum pendissem libens.
A. Corinthi apud nos istud sanctum est legibus,
si quem videmus obsonari largius,
continuo interrogamus cuiatis siet,
quid agitet, unde vivat. si reditus habet
qui possint tantis suppeditare sumtibus,
suo arbitratu sinitur facere impendia.

sin supra vires erogat patrimonii,
in posterum id ne faciat interdicitur:
mulcta irrogatur, ni sit dicto obaudiens.
quod siquis sine re vitam vivat splendidam,
torquendus ille mox carnifici datur. B. Atat.
A. Namque iste ut vivat omnis expers maleficî
nequitur. capin' hoc? ergo aut praemiator est
nocturnus, vitam aut vivit vecticulariam,
aut particeps est aliquid tale agentibus,
aut quadruplator est, aut testimonia
falsidica vendit. tales nos everrimus.
B. Recte profecto. verum id me quid attinet?
A. Quia te videmus, bone vir, obsonarier
basilice et longe supra civilem modum.
per te pisciculum vix accipiunt caeteri.
ita civitas compulsa ad vitam olitoriam est.
pugnamus de apiis tanquam in certatu Isthmico.
tua praeda est, siquis moenia intravit lepus.
perdices autem et turdos, ita me Dii iuvent,
iam nec volantes licitum est conspicarier.
etiam incendisti pretium vino exotico.

ΖΩΓΡΑΦΟΣ.

II.

Obsonium non accipio, operam nec meam
addico, nisi sim certus me totum diem
structurum rebus affatim affluentibus:
neque ante quenquam sector, quam cognovero
quis sit sacrum facturus, aut qua gratia
convivium paret, et quos advocaverit:
nam forma apud me generum descripta omnium est,
queis me elocare, quos cavere debeam.
primum ut de genere dicam mercatorio,
nauta aliquis voti damnas pollucet sacrum,
qui clavum fregit, malum aut praecipitem dedit,

aut iactum fecit cum sentina gravesceret:
omitto hunc nîl cunctatus; nam quicquid facit
facit dicis causa haud animi ex sententia:
tum vero inter libandum ponit calculum,
quantum eius imputandum sit vectoribus,
suamque de extis singuli partem vorant.
Byzantio alius autem nudius tertius
egressus venit salvus huc, re sospite,
decem lucratus in minas aut duodecim
drachmas, vectura accepta, ructans foenora,
qui Veneri faciat duris sub lenonibus?
hunc, simul exscendit, propter emungor, manum
cedo, Iovique praestiti grates ago,
meque ipse totus ad ministerium apparo:
meus iste mos est. iuvenis amore perditus
rem patriam luxu prodigit: sequor hunc ego.
at alios esse qui volunt de symbolis,
repertumque aliquid iaciunt forte in urceum,
quamvis torquentes fimbrias clament diu,
vile obsoniolum quisnam est, qui nobis paret?
sino clamitare. nam principio verbera
ibi sunt parata, et noctis perpetuae labor.
quod si mercedem flagites, Matulam mihi
prius, inquit, praebe. lenti, ne oblitum putes,
acetum deerat. poscas iterum: Nae tu, ait,
flebis coquorum primus. sexcenta id genus
adferre possem. B. Verum quo te ductito
lupanar est opiparum: scortum nobile
Adonia agere vult cum sociennis suis:
ubi abibis, et te excuties et pariter sinum.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

Quod pro salute dicitur mendacium,
me iudice habere nîl potest incommodi.

ΠΑΙΔΕΡΑΣΤΗΣ.

Date quod bibam,
pueri, date igitur, et quidem meracius:
nam quicquid est dilutum, id animo est noxium.

ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ.

I.

Egregie ut multa, dixit bonus Euripides:
me dira egestas subigit et miserabilis
venter. nam certe ventre nihil est miserius:
in illum cuncta coniicis: at in vas alid
idem non liceat: panem fers in mantica,
ius non fers: aliter manticam corruperis.
imples placenta sportulam, non lentibus:
in utrem villum immittis, non et carabum.
at in illum Dis invisum compingi solent
etiam quae inter se nil habent commercii:
nec caetera addo: quippe cum constet satis
illius ergo miseri peccari omnia.

II.

Ad caenam si quis rex me invitat, non ego
laquearia introspecto, aut intertignia,
nec quod Corinthia arte constructum est opus,
sed ad culinae fumum obtutum dirigo,
qui se alacer sursum si ferat recto itinere,
gaudeo laetorque et plausis alis gestio:
sin tenuis obliquusque est, satis intellego
caenam illam nobis nauseae plenam fore.

III.

Nescis in dirarum carmine
hoc esse, ni quis rectam monstrassit viam,
ignem ni accensit, siquis aquas infecerit,
coenatum eunti siquis iniexit moram?

ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΩΝ.

Ego arbitrabar antidhac piscarios
scelestos esse tantum Athenis Atticis:
sed nunc, ut video, genus hoc, tanquam animal ferum,
naturae humanae ubi vis insidias facit.
heic vero est unus longe antestans omnibus,
comam promittens tanquam sacratam Deo:
obtentus is, non causa est: nam frontem notis
compunctus obtegumentum sibi sumsit comam.
tum siquis quaerat, hic lupus quanti, decem
respondet obolis, non addens cuiatibus.
si deinde argentum numeres, Aegineticum
persolvi sibi vult: contra, si ipsum oporteat
tibi reddere aesculi aliquid, reddat Atticum.
ita pro re nata nummis utrisque utitur.

ΣΥΝΩΡΙΣ.

I.

Egregie te ista liberasti tessera.
B. Lepidus es. A. Drachmam pone. B. Pono. Euripidem
ecquando ego iaciam? A. Certe nunquam feminae
Euripides bene faxit. in tragoediis
non cernis quanto flagret odio mulierum?
parasitos vero amabat. etenim sic ait:
quicunque largas inter exsultans opes
non tres aluerit dapibus immunes suis,
pereat, nec unquam patrios videat lares.
B. At unde quaeso hoc recitas? A. Quid refert tua?
non fabulam spectamus, sed sententiam.

II.

A. Parasitus irasci audet? irasci inquio.
B. Non: sed perungens mensam amaritudine,
ut pueros mater, sese a lacte depulit.

Φ Ρ Ε Α Ρ.

Amice, tempus parvus est quidem artifex
reformans omnia in deteriorem statum.

FABULAE INCERTAE.

I.

O vere sapiens ac merito sapientibus
amicum Liber numen, quam multum iuvas?
tu namque solus cornua addis pauperi:
ingenio duro lene tormentum admoves,
suppeditas arma inermi, timido audaciam.

II.

Lenonia arte nulla pestilentior
pote inveniri.

III.

Proetigenas februo pusas et Abante creatum
Proetum harum genitorem et anum quintam super istos,
squilla una, taedaque una, tot corpora hemonum,
sulfureque exemtoque bitumine de sale vasto
ridet cum placidis tranquilla Venilia flustris.
destina sancta covi nobis trans nubila mitte
Anticuram, ut faciam subito hunc ex cimice fucum.

IV.

Asellus unus rure ex vicino meo
adfert domum quotannis, quod votis sat est.
libamen, oleum, grossulos, mel, hordeum.

V.

Nulla usquam vita est plena quae non sit malis,
furtis, dolore, morbis, tormentis, metu.
tantis malis, ut medicus, mors intervenit.
requiemque fert hominibus in somnum datis.

IX.

Laetor cum famelicos
nudosque video hos, ante tempus qui omnia
scire expetiscunt.

X.

Aulas sectari, mea sic fert sententia,
famelicorum est verberonum aut exulum.

XIII.

Lucri cupido caecum et imprudens malum est:
quia mens laborans capere, nil ultra vidit.

XIV.

Ex rebus aufer capere, et abstuleris malos.
hoc est aviditas, cum quis nec ius nec bonum
respiciens, totum quaestui se mancipat.

XVI.

Plebicolae et meretricis iusiurandum est idem:
namque illum iurant ipsum, quicum garriunt.

XVII.

Qui nec timere scit nec erubescere,
hic impudentiae attigit fastigium.

XVIII.

Si patre videor iustiora proloqui
pietatis sum disertor, in me iniurius,
molestus illi, qui est amandus maxime.

XIX.

Congerere acervum temporis longi est opus:
quem congestum una facile disiiciat dies.

XXI.

Nam qui cognatus re, non solo nomine, est,
cognati famili m habere debet pro sua.

XXII.

Pecuniam omnium arbitror validissimum,
quae conficit res et diffringit quaslibet.

XXIII.

Paupertino homine nihil est fortunatius:
nam solus in deterius non metuit vices.

XXIV.

Impietas, quoties est egestati comes,
evertit vitam summis a radicibus.

XXV.

Homo sum: quae nobis causa longe maxima est
cur vita nunquam vacet a moestitudine.

XXVI.

Fortuna, ut cyathissatrix, uno pro bono
mortalibus tria rursus admiscet mala.

XXVII a. b.

Nil stabile in aevo cernitur mortalium,
nec fata quisquam fingit arbitrio suo.

XXVIII.

O quam molestum est ubi quem sollicitudines
mordent, tum quemvis testem cogi admittere.

XXIX.

Nullum impudente est animal confidentius.
damnosus pudor est in regno impudentiae.

XXX.

Lucrosa res mendacium est in tempore.

XXXI.

Si noveris quid sit homo, vives suavius.

XXXII.

Beatum efficiunt probitas et prudentia.

XXXIII.

Bonam reperire uxorem difficillimum.

XXXIV.

Puella liberamur, difficili penu.

XXXV. XXXVI.

Cum sis mortalis genitus, ne paveas mori
omni medetur longa tristitiae dies.

XXXVII.

Vita hominum res est admodum mutabilis.

HIPPARCHUS.

ΖΩΓΡΑΦΟΣ.

In aetate hominum nihil arte est pretiosius,
aut ad degendam vitam conducibilius:
res alias quippe belli et fortunae vices
transmutant facile: ars semper incolumis manet.

APOLLODORUS GELOUS.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ.

II.

Perversitatis nominasti ipsum caput:
multis mala insunt multa, sed avaro omnia.

APOLLODORUS CARYSTIUS.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΔΙΟΠΟΙΟΣ.

Heu quotquot estis, cur vita laetabili
omissa id agitis ut se res habeant male,
bellantes alii in alios? proh Superum fidem,
an aliquis vitam nostram nunc Genius regit
illiteratus, inficetus, barbarus,
qui quid bonum sit, quidque sit contra malum,
ignoret plane, quique nos ut fors tulit
huc illuc verset impetu temerario?
credo equidem. nam quis Graeco ingenio praeditus
optaret potius cernere afflictarier
alios ab aliis, cadere in terram mortuos,
quam laetos, ludibundos, inter pocula
ad tibiam cantantes: o dulcissima
refelle nobis istum Genium barbarum.
nonne illud vere est caelitum quod dicitur

vitam agere? quanto res se haberent suavius
nostras per urbes, istum vivendi modum
si mutaremus placitis mollioribus:
Athenienses usque ad tricenarios
potatum ut irent omnes, equites pergerent
Corinthum comessaturi in denos dies
sertati et unguentati inde a diluculo,
venirent Megaris brassicam qui venderent,
adirent laeti nostra socii balnea,
miscerent vinum Euboicum: o delitiae merae,
o vera vita! nunc Genio immiti ac fero
servimus.

ΔΙΑΒΟΛΟΣ.

Forem vecte oppilamus: at nemo interim
adeo obseratam ianuam fecit faber,
quae non feli pateret atque adultero.

ΙΕΡΕΙΑ.

Iam modo, sic aiunt, Chaerephon ad nuptias
nec advocatus venit in Ophellae domum.
nam per tenebras cum cornua et sportula
nova a marita pavos et aves dictitans
se ferre, ingressus ibi coenavit affatim.

ΠΡΟΙΚΙΖΟΜΕΝΗ.

At villum Hercule
ita improbum fuit, ut me dispudesceret:
nam fundi aliorum ficus gignunt acidulas,
at noster, quantum comperio, vites quoque.

ΣΦΑΤΤΟΜΕΝΗ.

Martem et Vicepotam sacrum ad hoc propter viam
voco: Chaerephontem simitu: nam pol ni vocem,
vel non vocatus adsit.

APOLLODORUS.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

Vita otiosa plena beatitudinis
si cum otiosis aliis vitam transigas.
cum simiis ferisque agentem, simiam
fieri necesse est: o vitam aerumnabilem!

ΑΦΑΝΙΖΟΜΕΝΟΣ.

Qui felix ad senectam perduraverit
miles, nisi inter timidos, reperiri haud potest.

ΓΑΛΑΤΑΙ.

Quoscunque moeror aut cura habet exercitos,
eis videri longa nox quaevis solet.

ΔΙΑΜΑΡΤΑΝΩΝ.

Miserabar iuvenis acerba funera:
at nunc quoties intueor exsequias senis,
id lachrymo. nam mox eadem me spectat via.

ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣ.

Non cuncta Phryx sum, crede. si vita mihi
mori esse videam melius, hoc ipsum eligam.

ΛΑΚΑΙΝΑ.

I.

Annos seniles ne, Philine, spreveris,
ad quos pervenies et tu vivendo diu.
sed unum est in quo a vobis patres vincimur:
nam si qua in re minus indulgemus, illico
audimus, Non fuisti iuvenis tu quoque?
at contra genitor nato morigero minus
haud est ut dicat, Non fuisti et tu senex?

II.

Ita est miseriae ingenium, ut vice sit gaudii
cum lamentari apud eadem patientes licet.

Π Α Λ Λ Ι Ο Ν.

I.

Non debet animus desponderi in miseriis,
sed exspectanda sunt meliora in posterum.

II.

Ut miles factus subito ex homine es libero!

FABULAE INCERTAE.

I.

Orationem qui audit, ut bene iudicet,
prius ipse secum de oratore iudicet,
quis sit, cuiatis, qua domo, qualis, quibus
puertia abusque studiis esse addixerit.
nam qui suum ipse florem aetatis prodidit,
apprime est aptus civitatem evertere.
non illi turpe excidere et explodi putant.
nihil relinquunt intentatum, cum pudor
postico elapsus pridem ab ipsis fugerit.
horum quisque audet experiturque omnia,
contra ruborem frontis invictissimae.
mendax, periurus testis, sartor litium,
fur publicanus, comessator, denique
tribum cinaedus perdit, aut urbem quoque.
nam urbes totas, ista quas pessum dedit
scabies, si advortas, recitem tot numero, Theon,
recitare ut censum navium me existimes.

II.

Amici si quis fuerit ingressus domum,
is si ex animo est amicus, signa, Nicophon,
apparent primum simulatque attigerit fores,
vultu adstat hilari ianitor: adulat canis

caudam agitans: tum vero aliquis accurrit citus,
sellamque ponit imperante nemine.

III.

Odi fortunam habitantem in misero corpore,
nam cum quis opulens inopem vitam victitat,
quid aliud hunc quam crimen Fortunae voces;
quae prave misero comitem se dat miseriae.

IV.

Non video quorsum argento confidas, pater,
quod nil habenti facile largiri solet
brevis hora, et rursum possidenti demere.

V.

Grave est quidem Fortuna: grave: veruntamen
illam perferre recte decet ut sarcinam.

VI.

Cum flagra sint, iurare tu servum iubes?

VII.

Negotiis si tempus assumas tuis,
serena mox videbis ac placida omnia.

ANAXIPPUS.

ΚΕΡΑΥΝΟΣ.

II.

Hem philosopharis at ego reapte comperi
sapere philosophos tantum verborum tenus;
at rebus ipsis esse insipientissimos.

PHILIPPIDES.

ΑΝΑΝΕΩΣΙΣ.

II.

Ut abstinens coniugio placide viveres
fueram auctor Phidyle. optime aiebat Plato,
vel eo carendas nuptias, negotia
ne plura ad ictum pateant fortunae magis.

III.

Ne turpe vinci, si quid erraris, puta:
haec namque vera est ad bonam frugem via.

ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΑΦΑΝΙΣΜΟΣ.

Rerum humanarum cepit me miseratio,
cum video ingenuos a paupertate opprimi,
at verberones contra in lance argentea,
minam quae pendat, salsamento vescier
obolis duobus empto, saepe etiam tribus:
aut cappari tribus empta nummis aereis
in catino quinquaginta drachmum argenteo:
at olim phialam conspicari vix erat
Diis sacratam. B. Rarum id nunc etiam, quia
siquis dicassit, alius surpit illico.

ΟΛΥΝΘΙΑ.

Sane haud difficile est aegrotanti dicere
vegetum valentem, ne tam habeas molliter,
et castigare pugilem cum a pugna vaces:
at ipsum depugnare non aequo est facul:
aliud disserere est, aliud rem sentiscere.

ΣΥΜΠΛΕΟΥΣΑΙ.

Fax ista nobis nihil allucet luminis.
B. Misera, quae nequeas excitare flatibus.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ.

Here, si qua tibi unquam calamitas evenerit
feres facilius dicti memor Euripidis:
felix ab omni parte nemo usquam est homo:
tum vero e multis esse te unum existima.

FABULAE INCERTAE.

I. II.

In mensem unum anni qui contraxit tempora,
pro caupona habuit arcis sanctitudinem,
scorta introduxit ipsum in templum Virginis,
quem propter et pruina adussit vineas:
ob cuius impietatem disruptum est peplum;
quia Divum honores attribuit mortalibus:
corrumpunt ista populum, non comoedia.

IV.

Nec te istis crede dictis, Potaram, pater,
erravi, fateor, compotem veniae fore.
infirmiori quando vis fit, Pamphile,
non error istud, sed mera insolentia est.

VI.

Dotata nupsit uxor, et turpis tibi,
ut suave coenes atque insuave dormias.

VII.

Calumniatur, quamvis inclemens, minas
duas si dederis, agno abibit mollior.

VIII.

Tempus communis medicus tibi medebitur.

HEGESIPPUS.

ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΙ.

Epicurus ille sapiens, cum quis quaereret
ab eo, quod illud esset eximium bonum,

quod quaeritarent, nil nisi voluptas, ait.
salve vir optime atque sapientissime.
nam nil revera melius est quam mandere.
bonum huic adiunctum est: nam voluptas est bonum.

SOSIPATER.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

Nequaquam vero habenda despicatui
ars nostra est, Demyle, recte si consideres:
sed prostituitur res haec, atque omnes fere
coquos profitentur sese cum norint nihil:
corrumpit artis gloriam hoc hominum genus.
at si reperias verinominem coquum,
ad hoc eductum prima abusque aetatula;
qui vires rerum teneat, qui omnes didicerit
bene disciplinas, longe alia, credo, tibi
res apparebit. soli tres superstites
hodie restamus, Boïdion et Chariades
atque ego. licebit aliis oppedas. B. Ain'.
A. Aio. Siconis nunc stat in nobis schola,
artis qui solidae primus inventor fuit.
sidereos cursus primum nos docuit Sicon;
exinde normas architectales dedit;
sermo postilla de omni natura fuit;
postremo explicuit artem induperatoriam.
discere nos voluit haec ante coquinariam.
B. Ut video, me enicare propositum est tibi.
A. Nequaquam, sed dum redeat e foro puer,
paullum mea in hac re spatiabitur oratio,
vacuum ad loquendum tempus ne frustra effluat.
B. Valde impiger tu certe es. A. Audi caetera.
imprimis scire oportet insignem coquum
lapsus aetherios, quando sidera occidant,

quando exoriantur, quo Sol summo tempore
productos faciat atque contractos dies,
quibus signiferi sese teneat partibus.
namque, ut docemur, pisces et quicquid cibi est,
prout universi moles circumvolvitur,
alias atque alias in se delitias habent.
haec siquis norit, ut videbit tempora,
ita illis recte utetur ex usu suo:
at qui ista nescit nil nisi nugas agit.
at forte scientia architectalis magis
arti quid nostrae conferat, miraberis.
B. Equidem mirabar. A. Id nunc aperibo tibi.
culinam recte constituere, luminis
quantum opus est capere, venti unde afflent cernere,
perconducibile nostrum est ad negotium.
ut huc aut illuc volitat, differentiam
afferre fumus assolet coquentibus.
B. Quid ergo, te precor, artem induperatoriam
opus est coquum callere? A. Nempe ordo ubilibet
et in arte quavis plena res sapientiae est:
at in arte nostra is ordo ducit ordinem.
adferre missus atque auferre denuo,
et in his spectare verum articulum temporis,
quando ferendi citius, quando lentius,
qualis quaque hora sit convivarum gula,
quos pisces tempus iubeat ferri fervidos,
et quos remissos, quos item medioximos,
quos frigefactos penitus, nimirum omnia
haec continentur arte induperatoria.
B. Quid ergo superest, nisi, cum me iam docueris
quicquid necesse est, vivas ipse in otio?

EUPHRO.

ΔΙΔΥΜΟΙ.

I.

Qui se nepotans rebus evolvit suis,
aliena recte quomodo curet bona?

II.

Cum tam breve aevum tribuas nobis, Iuppiter,
cur sine dolore hoc non permittis degere?

ΘΕΩΝ ΑΓΟΡΑ.

Novos sed agedum, per Deos, reperi Deos,
ne semper illos ante notos peieres.

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Magister olim mihi fuit Soterides,
qui Nicomedi, cum dierum duodecim
itinere abesset pelago et concupisceret
manducare apuas, hiemis medio tempore
exhibuit, suaves, cuncti ut exclamaverint.
B. Qui fieri potuit istud? A. Rapum sumserat
femineum, in partes quod minutas dissecans
ita reformavit apuae ut speciem redderet:
dumque elixatur oleum affudit, et salem
pereruditè aspersit: quo facto aulicae
gulae aviditatem invitat multo vespere.
ibi Nicomedes fervide rapum vocans
laudavit apuam amicis applaudentibus.
nihil a poeta scilicet differt coquus:
utrique pro arte est ingeniosa audacia.

II.

Nulla horribilior pestis est adultero,
qui maximo lascivit alieno in malo.

B A T O.

ΑΙΤΩΛΟΣ.

Lapsum te esse hominem quid novi est? nam perpetim
vitam agere fortunatam portenti est loco.

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΣ.

I.

Nunc illos ego conveniam frugi philosophos,
qui nil sibi ipsis unquam concedunt boni,
qui ubique quaerunt rectum ac sapientem virum
tanquam fugitivum in ambulacris et scholis.
pernicies hominum, cum tibi sit quod conferas,
cur genium fraudas, cur ingratus es in Deos?
dic, maius pretium cur ponis pecuniae
natura quam fert, cur eam praefers tibi?
aquam bibendo publicum damno afficis,
laedens agricolae et mercatoris commoda.
at ego temulentus augeo vectigalia.
deinde ampullam mane a summo portitans
oleum usque et usque exploras, sic horologium
ut te aliquis ferre non ampullam existimet.

II.

Fas est uxore cum formosa accumbere,
duasque haurire Lesbii vini amphoras.
nimirum hoc sapere recte est, hoc verum bonum.
Epicurus eadem dixit quae nunc dictito.
quod si omnes ego quam vivo vitam viverent,
iam nemo adulter esset, nemo iniurius.

ΣΥΝΕΞΑΠΑΤΩΝ.

Corrupisti adolescentem commissum tibi,
sceleste, et vitam sectari alienam sibi
persuasti. per te est quod iam potat de die,
a mane summo, non id solitus antidhac.
B. Eon' me culpas, here, quod didicit vivere?
namque, ut sapientes aiunt, istud vivere est.
Epicurus summum generis humani bonum
voluptatem esse docuit. hanc apiscier
aliunde non est: namque qui vivunt bene
hi recte vivunt. nonne id concedes mihi?
A. Vidistine igitur tu philosophum quempiam
vinosum atque istis se oblectantem moribus?
B. Quin cuncti adducto qui supercilio ambulant,
quique in porticibus inque conciliabulis
sapientem quaerunt, plane tanquam aufugerit,
hic, si glauciscus ipsis appositus fuit,
qua parte sit sumendus, norunt memoriter,
et caput anquirunt, tanquam in controversia,
ita ut obstupescant alii.

EX INCERTA FABULA.

I.

Cum vita in hominum vulgo occurrant plurima
quibus excitatur libera indignatio,
tum mihi bilem illi ante alios praecipue movent,
flagrare amore morum qui se dictitant,
et sic latere sperant, dum quod sentiunt
pingunt colore vano falsimoniae.
quod namque mores attinet, iuvenis seni,
vel laevis hirto, per Iovem, quid interest?

PHOENICIDES.

EX INCERTA FABULA.

Non possum vitam ducere hanc meretriciam,
ita me Venus amet, Pythias: nec dic mihi,
disperii: nihil id ad me, cupio absistere.
amator primus obtigit miles mihi:
is mihi narrabat pugnas liberaliter,
et vulnera ostentabat, sed dabat nihil.
multas a Rege se retulisse gratias
memorabat, repetens hoc identidem mihi,
et propter illas quas narrabat gratias
totum sibi annum me ductavit gratiis:
quare hunc reliqui. glorioso militi
successit medicus, multos qui quottidie
urebat et secabat, pauper carnifex,
qui mihi multo illo visus est crudelior:
narrabat ille quod hic faciebat sedulo.
Fortuna tertium mihi dedit philosophum,
cui pallium erat et barba et sermonum satis:
tum vero in manifestarium incidi malum:
nam nihil erat quod daret, et si quid poscerem,
pecunia non est bonum, ait: quod si dicerem,
ergo malum illud proiice, audibat nihil.

POSIDIPPUS.

ΑΝΑΒΛΕΠΩΝ.

Ego iam modo adeo cum coquum conducerem
coquorum vitia facile perdidici omnia.
operam dum cupiunt inter se intervertere,
nasi iudicio caret hic, aiebant, malum
os isti est, illi lingua est non sat continens,

quae deliciarum nescio quid appetit:
hic nimius salis est, hic aceti, ustor, vorax:
intolerans fumi hic, ignis ille: ibi illico
ab igne ad cultros ventum. hic unus omnium
ex mediis cultris sese ad ignem prorpuit.

ΕΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ.

Quantumvis inopes, filios tollunt tamen:
at filias exponunt etiam divites.

Ε Φ Ε Σ Ι Α.

Fuit ante hoc aevum nostrum nobilissima
meretricum Phryne (tu quoque quamquam es iunior
temporibus istis, puto litem intellexeris)
haec iudices de capite sortita est suo
tanquam communis vitae pestis maxima:
multumque prensans singulos cum lachrymis
vix a se extremum depulit periculum.

Μ Υ Ρ Μ Η Ξ.

I.

Res inter omnes quas Deos exposcimus
locum meretur principem immortalitas.

Ο Μ Ο Ι Ο Ι.

Difficile est luctum fugere. nam quot sunt dies
materiam pariunt semper ad luctum novam.

Π Ο Ρ Ν Ο Β Ο Σ Κ Ο Σ.

Qui mare non sensit, nescit is quid sit malum,
nam nos miseria gladiatores vincimus.

Χ Ο Ρ Ε Υ Ο Υ Σ Α Ι.

Discipule Leuco et comministri caeteri,
(namque ad colloquia de arte nullus est locus

alienus) quodnam condimentorum omnium
esse in culina tu praecipuum existimas?
B. Fastum profecto. cunctis quippe in artibus
videas id habentes principem adipisci locum.
sic et tribunus dum draconem ferreum
ostentat et lorica squammata nitet,
Briareus videtur: ad rem cum ventum est, lepus.
ita cum ministris atque discipulis coquus
si veniat ad plebeium, et quosquos repererit
cuminisectores ac famelicos vocet,
statim omnes illum metuunt. sin se simplicem
gerat ac modestum, fugiet contusus probe.
quare quod te monebam sequere inania,
et convivarum ut ora cognoscas vide.
nam plane extrema nostrae est artis linea,
quasi circa portum, recta in os incurrere.
damus nunc operam nuptiis: bos victima est:
illustris socer est: est et illustris gener:
horum matronae flaminicae sunt Palladis:
Corybantes adsunt. pervigilia, tibiae,
tumultus. plane circus hic nostrae artis est.
A. Fac tu quoque id memineris.

FABULAE INCERTAE.

I.

Illis plebeius quidem
Seuthes videtur: at tu haud ignoras eum
nihil differre ab imperatore optimo.
adsunt ubi hostes, imperator strennuus
stat contra intrepide exspectans quodcunque imminet:
quot sunt convivae, tot venire hostes puta:
hi progredientes celeri incedunt agmine,
a quindecim diebus spe pleni bona
coenandi, promti per se et hortatu inciti,
exspectant dum quis ad manus det aquam. virum
genus hoc, collectum crede adesse exercitum.

II.

Sunt civitates multae, at una est Graecia.
tu nempe emittis vocem terrigenam Atticam.
nos vero Graeci Graecissamus caeteri.
quid aucupando syllabas et literas
loco hilaritatis introducis taedium?

IV.

Nemo transegit aevum sine doloribus
mortalis genitus. contra nemo etiam fuit
perpetuo infortunatus.

V.

Omnes locutos non mihi puto, sed togae:
usque adeo nemo est nunc salutantum super.

VI.

Ars familiares peperit haud paucos mihi:
plures amicos comparavi moribus.

DAMOXENUS.

ΣΥΝΤΡΟΦΟΙ.

Sapientissimi

Epicuri me genuinum discipulum vides.
biennio atque mensibus haud totis decem
talenta apud illum deglutivi quattuor.
B. Quid est, quod narras? dic, magister, te rogo,
coquus fuit ille? A. Nempe id ignoras? coquus,
proh superi, quantus? artium nempe omnium
natura fons et origo est: natura, improbe,
nihil ad res efficiendas est sapientius.
hinc facilis illi ars nostra, cui percognita
naturae ratio. namque id usus maximi est.
illiteratum proinde si videas coquum,
et qui Democriti libros non perlegerit,
imo animo teneat, vanum et insulsum puta.

Epicuri normae ignarum si conduxeris,
quasi de schola dimitte. nam scire est opus
quid a se distet glaucus hiberno gelu,
et aesti tempestate. scire et piscium
sit qualis quisque vel cum Virgiliae occidunt,
vel anni circa pulsus, utilissimum est.
habent periclum mutamenta ac momina:
ipsoque in victu maximam mortalibus
variantiam concinnant. at vero (capis?)
id gratum est apto sumitur quod tempore.
B. Quotus ista quisque observat? A. Inde vermina
et spiramenta cogunt id quod indecet
convivam facere. quod vero a me apponitur
id omne alebre est, et rarefit tenuiter,
tum recta perflat. succus autem inde editus
peraequabiliter se in meatus dividit.
B. Succusne dicis? A. Democritus prae me nihil.
at quod inaequale est vescenti arthritim ciet.
B. Videre et artis esse medicae particeps.
A. Certe: et naturam quisquis novit. at coquum
aetatis huius, proh, quanta imperitia est?
quos si tu quando videris confundere
adversigeneres pisces in cinni modum
et sesama his interere, sumant ordine
qui adsunt et adflent visii suffitibus:
meum hoc oraculum est. quid enim confiat bene,
ubi alia ad aliam commiscetur privitas
hamata offensus non concordantis iugo?
isthaec perspicere igenuae opus peritiae est,
non ollas lavere et olere de fumi halitu.
meus iste mos est non coquinam indugredi,
sed speculabundum non ita longe assidere.
opus alii faciunt. B. At tu? A. Causas, exitus
commemoro. mitte. sat minutal hoc acet.
B. Non tu coquus, sed mensor. A. Ignem auctum face:
aequetur salsamentum. prima haec ordine

fervet, sed aliis olla dispariter. capis
formam artis? B. Proh Di, quanta haec et quanti preti?
A. Neque vero temere, ut cecidit, convivis dapes
appono, certis sed misturae textibus.
B. Quo pacto? A. Sunt queis ratio sesquitertia est,
at aliis est sesqualtera, aut etiam dupla.
haec ego concilio ex intervallum federe:
deinde implicito suis propitim influxibus.
mox abstans paullum quaero quibus ex partibus
sit commissura. istorum quid misces? vide
dissonitum. sapiens non excedit terminum.
Epicurus ipse sic condensabat volup:
mandebat accurate: solus noverat
bonum quid esset, namque illi de porticu
perpetuo quaerunt, quale et quid sit nescii.
qui cum non habeant id quod ignorant, alis
certe non dederint. B. Haec tua est sententia?
mittamus ergo reliqua quae pridem patent.

S T R A T O.

Φ Ο Ι Ν Ι Κ Ι Δ Η Σ.

Sphingem marem equidem, non coquum admisi in domum:
namque, ut simpliciter dicam, nihil intellego
horum quae loquitur. namque vix intraverat,
cum me respiciens acri vultu interrogat:
ad coenam hemones ede quot vocaveris.
egone vocarim hemones? delirus puto es,
aut ullos adeo hemones me nosse autumas?
nemo, inquam ego, aderit. id restabat scilicet
ut hemones nescio quos coenatum accerserem?
an nemo condapalis adventurus est?
non condapalis quod sciam. rationem inî:
venient Philinus, Moschio, Niceratus:

nemo isto e numero condapalis dicitur.
nemo aderit, inquam. quid? vocasti neminem?
inquit, succensens tanquam accepta iniuria.
mactasne terrisulcum? non, respondeo.
bovem ergo latifrontem? non macto bovem.
sedenim bidentes? imo, per summum Iovem,
neutrum, sed ovem mactabo. tun' nescis oves
bidentes dici? nec scio, nec volo discere:
agrestis ego sum, loquere mecum planius.
an Ennium ita locutum ignoras? non nego:
nam licuit illi sic loqui, ut libuit, coque.
sed hoc, per Vestae numen, nos quid attinet?
quin tu magis audi caetera ad eundem modum.
an Enniane me decresti perdere?
meus ita fari mos est. at vero mihi
tu ne sic loquere. propter drachmas quattuor
meam, inquit, perdam vis consuetiloquentiam?
molas huc adfer. hem quid dicis? hordeum.
quid tam perplexa loqueris, insanissime?
adestne humoris aequorei concretio?
quin tu perspicuis verbis edis quid velis?
vecors es, inquit, mi senex: cedo salem:
concretio haec est illa. iam monstra aquiminal.
aderat, mactabat, verba attexens plurima,
quae medius fidius nemo unquam intellexerit:
ercisce, segmina, tum biplicia et subulam:
ut mihi legendus Verrii Flacci liber
fuerit, verborum ut significata evolverem.
nunc supplex oro morem ut immutet suum,
humanitusque loquatur: verum, hercle scio,
suada ipsa id illi neutiquam persuaserit.

THEOGNETUS.

ΦΑΣΜΑ Η ΦΙΛΑΡΓΥΡΟΣ.

Tandem puto me enicabis: nam totus tumes
porticigenarum disputatiunculis.
B. Pecunia homini alienum. A. Mera pruina id est.
B. Sapientia proprium. A. Glacies. B. Hanc qui acceperit,
amittet nunquam. A. Miserum me quem Fors mala
philosophi talis iunxit contubernio.
miser, perversas edidicisti literas.
vitam corrupit tibi librorum lectio.
agis cum caelo et terra verbis philosophis,
quibus nulla dictis de tuis curatio est.

ATHENIO.

ΣΑΜΟΘΡΑιΚΕΣ.

Nescisne eam artem quam nos profitemur coqui
pietatis rebus contulisse plurimum?
B. Estne illa vero tanti? A. Certe est, barbare.
namque a ferinis perfidiosis moribus
nos liberavit illa, et a sese invicem
edendi rabie ad sanam duxit regulam,
et eum ipsum quo nunc utimur vitae modum
imposuit. B. At quo pacto? A. Iam attende, eloquar.
pastus ex homine atque alia crebruerant mala,
cum quidam exortus ingenio excellens homo.
mactare coepit victimam, carnem ignibus
assare, quae cum humana saperet suavius,
esu abstinuerunt mutuo, assarunt Diis
mactatas pecudes. experimentum sui
semel ut voluptas dederat, hinc facto initio

artem coquendi in maius maiusque auxerunt:
unde et nunc memores morum qui fuerant prius
quae Dis sacrantur exta tradunt ignibus
sale non adhibito: nam principio non erat
usus saliendi ad condituram cognitus.
sed et hoc postilla placuit: et iam nunc salem
sacris non paucis admoveri cernimus
praescripto ritus patrii, quod unicum
nobis salutis exstitit primordium,
ut studio accenso simul ars consummatior
fieret coquendi, multis suavitatibus.
B. Profecto hic nobis alter est Palaephatus.
A. Ergo paulatim procedente tempore
omasum farctum nescio quis intulit,
tenerumque coctum cum suo sibi succo hoedulum
inclusit in pericomma. B. Ad cantum tibiae?
A. Piscem ambierunt ut nequiret conspici.
alicula, salsamentum, mella, olusculum.
cum propter has quas dixi delicias procul
abessent cuncti a carnis humanae esibus,
sociare vitam libuit, populi colligi
coepere, passim surrexerunt oppida:
artis quae, ut dixi, nostra sunt beneficia.
B. Vale. nam nimius tu meo fores hero.
A. Nos auspicamur, nos sacrificamus coqui,
nos et libamus, quia Dî nobis maxime
sunt obsequentes, qui res tantas reperimus
quibus adiuti homines aevum recte degerent.
pietatis igitur causa. B. Plus satis est: tace.
A. Peccavi. B. Hic igitur mecum tu cibum cape:
mox intus recte tibi quae traduntur para.

CLEARCHUS.

ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣ.

II.

Manduca congrum candidum et siquid tenax
praeterea est: namque haec spiritum corroborant,
et voci pariter clarum concinnant sonum.

ΚΟΡΙΝΘΙΟΙ.

Hominibus si vinosis semper pridie
caput doleret antequam biberent merum,
nemo esset nostrûm deditus temulentiae.
nunc ante dolorem praecipientes gaudia
a concupito mox bono relinquimur.

CROBYLUS.

ΑΠΑΓΧΟΜΕΝΟΣ.

I.

Parasitus ipse si se nutriat,
plus quam quisquam alius conferat regi suo.

ΑΠΟΛΙΠΟΥΣΑ.

II.

Quaenam est voluptas ebriulari perpetim,
virumque sese orbare mentis regimine,
quod maximum est humanae naturae bonum?

LAON.

ΔΙΑΘΗΚΗ.

Monumenta spernens posthuma atque imagines,
habere cupio vita quod dicat suum.

EX INCERTA FABULA.

Hominem Boeotum diligas: Boeotiam
ne fugias: hic utibilis, illa amabilis.

NICOLAUS.

Professionis natio parasitica
suae habet auctorem Iove prognatum Tantalum,
verum is cum male calleret artem exercitam,
supplicium passus grande linguae futilis,
in esurialem sedem detrusus miser
felicitatem mensae herilis perdidit:
ita ictus ipsum ventris in meditullium,
sursum ac deorsum credidit vorti omnia:
ipsam etiam Sipylum versam non aliter puta.
atque haec merito evenere: quia Phryx barbarus
non potuit regis ferre contumelias.
nunc ego mehercule huius culpae nomine,
quae nimium multos aemulatores habet,
expostulare cupio, si permittitis,
cum genere hoc hominum, qui expediti a symbola
coenare aliena cupiunt sine laboribus.
dic quisquis ille es, qua ingenî fiducia
vis parasitari: vel quid ad vitam utile
nosti? operae pretium namque id est resciscere.
dic quem magistrum nuncupas? cui familiae
nomen dedisti? placita quae te audaciae,
huc extulerunt? cum nos qui aevum trivimus
in istis disciplinis, aegre sic quoque
nobis patentes indipiscamur fores,
tot coenipetarum propter impudentiam.
non cuivis homini adire contingit dapes.
sint firma oportet latera, mansurus color,
frons nulla, malae plagipatidae, iniuriis
colaphorum nullis unquam delassabiles.

elementa sunt haec praeclnis scientiae.
deinde opus, irrisus se quoque ipse irrideat:
nam turpe est vinci sapientem a convitio.
dissimulat annos aliquis, et fuco comam
tingit, laborans non suae aetatis malo.
Catamitus hic sit albo adscriptus caelitum,
captanda altoris, in perniciem, gratia.
bellum aliquis gerit in mensa et fartum ex hostibus
facit. hunc tu forti vindica silentio:
collecta bilis in patinas desaeviat.
his tantis, pueri, me parem negotiis
natura genuit: nam mihi adsunt omnia,
quae adesse oportet de alieno viventibus,
fames, pigritia, venter, impudentia:
atque adeo nunc me rex Lydorum divitum
amicum voluit esse, et convivam sibi.

NICOMACHUS.

ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ.

Ingenium lepidum ostendis ac tractabile:
sed negligenter hic fuisti. B. Quomodo?
A. Non explorasti in arte me quantus forem.
an forte ab aliis rem qui scirent didiceras,
atque ita me conduxisti? B. Nil certe minus.
A. Ignoras igitur forte, famulus et coquus
quid distent. B. At si docueris, iam scivero.
A. Accipere ab alio praestinatum obsonium,
id sic ut oportet concinnatum reddere,
famuli sunt opera, non coqui. B. Quid praedicas?
A. Coqui perfecti longe est alia qualitas.
multas ego artes claras nominaverim,
quas qui non recte didicerit, non debeat
ad nostram prosilire: de pictoria

arte aliquid degustandum est. inde aliae quoque
addiscendae artes ante hanc, (intererat mea
haec scire te priusquam me conduceres)
ut medica, sideralis et mensoria.
namque omnes vires piscium et invalentiam
hinc nosse dabitur, quando si consideres
quisque intempestus aut tempestivus siet.
habent articulos nam voluptates suos.
est cum sit ipso suavior thynno boax.
B. Hoc ita sit: verum tibi quid cum mensoria?
A. Culinam nobis ceu globum proponimus.
hunc bene partiri et unum cum accepsis locum
speciatim distribuere prout arti expedit,
haec tralatitia ex arte sunt mensoria.
B. Et hoc concedo: verbis nihil ultra est opus.
at de medicina? A. Sunt difficiles concoqui
quidam, ventorum concitatores cibi,
tormenta, non alimenta: tum vero solent
qui aliena coenant avidi esse, immemores modi.
ad tales igitur pastus nobis remedia
illinc petenda, cuncta ut convenientibus
locis locentur accurate atque ordine,
hoc mutuandum ab arte induperatoria est.
convivas numerare artis est numerariae.
nemo alius haec praeter me describet tibi.
B. Rogo, me vicissim ut audias paullum. A. Audio.
B. Noli molestus esse vel tibi, vel mihi:
sed feriare, quantum in me est, hunc diem.

ΝΑΥΜΑΧΙΑ.

Vitam hanc agenti difficillimum foret
vigiles tot oculos invidentum evadere.

SOSICRATES.

I.

Aliena vitia perspicaces cernere,
praetervidemus nostra nos ipsi mala.

FRAGMENTA COMICORUM ANONYMORUM.

XII.

Si peregrinus es,
at ne magis peregrinus esto quam decet.

XVI.

Dono deum
obvenit vinum nobis, ingens his bonum
qui recte utuntur, aliis pestis pessima.
alimentum namque praestat recte utentibus,
additque vires pariter animo et corpori:
sed et ad medicinam maximos usus habet;
miscetur quippe poculentis remediis,
opemque fert vulneribus praesentissimam.
quotidianis hominum autem in convictibus,
his qui bene temperatum, nec nimium bibunt,
dat hilaritatem: ulterius, insolentiam:
si par aquae bibatur, etiam insaniam:
si purum, siderationem corporum.
merito propterea Liber Medici nomine
passim indigetatur, atque eundem Pythia
iussit vocari Sispitem.

XXII. XXIII.

Bonus vir ille est ferre qui dedicit bona:
sed et ille bonus dicendus qui bene fert mala.

XXXVIII.

Possum ego neutiquam
tenuare vocem et fracto gestu corporis,
cervice in humeros inclinata incedere,

ut alios facere video, quorum adeo genus
numerosum in urbe est, molles alipilarios.

XLI.

Quis gente in hominum tam supine est credulus,
aut stultus adeo est, qui Deos existimet
seu bilis ustae, sive crudorum ossium,
proiecta quae vix tangat esuriens canis,
gaudere donis, idque honori ducere,
facientibusque gratiam reponere?

L.

Natis novercam siquis induxit suis,
expers honorum vivat atque inglorius
in civitate, quippe qui prudens malum
sibi accersivit in suae fraudem domus.
nam prima sors coniugii si cessit bene,
in hoc bono acquiesce: si cecidit male,
iterum periclum facere, summa insania est.

CXCVII.

Garrulis namque omnibus
forata est lingua parte a summa ad infimam.

CXCVIII.

Quaedam illum musca momordit corde in intimo.

CCLXXXVII.

Si scires quod non vixit vitae, id omne ei
fuisse futurum fortunatum perpetim,
fuerat mors immatura. at vero longius
aevum tulisset si quid intolerabile,
rediisses ipse, puto, cum morte in gratiam.

CCLXXXIX.

Gratis soporem nobis cum dederint dei,
quid illum sumptuosum tibi tumet facis?

CCXCI.

Alienum vitium, quae tua est malignitas,
acute cernis, at tuum praetervides.

CCCI.

Canities hinc me ablegat illocabilem.

CCCIII.

Metiochus gerit praeturam, Metiochus curat vias,
Metiochus curat farinam, Metiochus panes quoque:
Metiochus nil non agit: idem Metiochus poenas dabit.

CCCX.

Praeter placentas turaque apponam nihil:
nam non amicis ego sacrifico nunc quidem,
sed dis.

CCCXI.

Benefacti si tu memor es et me diligis
satis est, Philine: reddidisti gratiam,
quam propter id ipsum apud te commendaveram.

CCCXXXIV.

Subito Poenus factus sum.
manu altera do, rursus accipio altera.

CCCXXXIX.

Namque ego sum Pavor,
honesti minime particeps inter deos.

CCCXLIII a.

Pretium est laboris quicquid est pulchrum uspiam.

CCCXLIV.

Discendae literae et sapiendum ubi didiceris.

CCCXLV.

Nugaris agens intempestive philosophum.

CCCXLVI.

Aetas senectae similis matrimonio est:
desideramus hoc et illam consequi:
at consecuti cum sumus valde dolet.

CCCXLVII.

Quem conglutinat
natura, nullum tempus alienum facit.

CCCXLVIII.

Sepelire uxorem satius est quam ducere.

CCCXLIX.

Quoties maritus ducit uxorem domum,
non ille solam ducit uxorem, ut putat.

cum nupta festum transilit limen pede,
Fortuna pariter intrat aut bona aut mala.

CCCL.

Rus ego sollicite curo, non me ut nutriat,
sed ipsum ut a me nutriatur affatim.
fodio seroque semper et nil non ago,
ut ratio expensi et accepti respondeat:
sed iste quem emi conturbator est ager,
quem cum medimnis hordei conseverim
viginti, vix mihi ille tredecim reddidit:
bellatum ad Thebas alios septem isse arbitror.
servare sepulchrum iusso me Niobeidum.
B. Erit adiumentum, spero. A. Imo ita nunc hercule est.
nam quod fert, uno ferri iumento potest.

CCCLI.

Curare iuvenum possumus vitam senes,
et ea vicissim accipere quae iuvenes habent.

CCCLV. CCCLVI.

Omnia
ferri ac referri video Fortunae aestibus.
Peropportuna ad consultandum curia
est casus ipse.

CCCLVIII.

Quae deorum res et hominum temperat nutu suo,
dividens partem viritim singulis nostrum suam,
praepotens Fortuna.

CCCLIX.

Nil non docebit tempus amplum, Nicophron.

---

p. 819 vs. 4 quod] l. quos p. 826 vs. 4 videt. vs. 13 desertor
p. 829 vs. 18 cornua] l. corona p. 831 vs. 9 esse] l. sese

INDICES.

I. INDEX RERUM VERBORUM ET SCRIPTORUM.

A.

D. Δ.

E. H.

Γ.

H.

I.

L. *Λ.*

M.

N.

O. Ω.

P. Π. Φ. Ψ.

Q.

R.

S. Σ.

Τ. Θ.

Υ.

Z.

II. INDEX POETARUM
QUORUM FRAGMENTA HIS VOLUMINIBUS CONTINENTUR.

A D D E N D A.

Quum typotheta nonnihil spatii superesse indicarit, subiiciam hoc loco pauca de multis quae superioribus addi debent, plura in Supplementis postremo volumini adiiciendis daturus.

Pag. 31. Fragm. inc. fab. II. Hunc locum, quem ego Stobaei aliorumque scriptorum testimonio confisus etiam in prima editione Philemoni tribueram, Platoni comico vindicare conatus est C. G. Cobetus Observ. crit. in Platonis com. reliqu. p. 180. rationibus usus, ut mihi quidem videtur, parum idoneis. Etymologi M. apud quem frequentes sunt in nominibus propriis errores, nulla est in tali causa auctoritas. Quod autem in quarto versu, *Ἀὴρ ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία*, Euripidis irrisionem sibi cernere visus est Cobetus ab ingenio et aetate Philemonis alienam, ego quidem in his nihilo magis irrisionem video quam quum latine *Iovem* dicimus pro *aere*. Cfr Valcken. ad Herod. II 13. Ac ne potuit quidem Euripides illo versu irrideri, quippe qui non *Aerem*, sed *Aetherem* pro Iove nominare consueverit. Hoc Cobetus ex eadem illa, ad quam ipse etiam provocaram, Valckenarii disputatione Diatr. p. 45 sqq. discere poterat. Denique Philemonem illorum versuum auctorem esse, etiam ex dictionis ratione mihi intellegere videbar. Certe illud anaphorae genus, quod in extremis fragmenti versibus habemus, *ὁ δὲ παρὼν ἁπανταχοῦ πάντ' ἐξ ἀνάγκης οἶδε πανταχοῦ παρών*, Philemoni familiare fuisse pluribus exem-

plis cognoscitur. Pag. 6 μετὰ τῶν σωμάτων ἡμῶν — εὐθὺς χὴ τύχη προσγίγνεθ' ἡμῖν συγγενὴς τῷ σώματι. Pag. 9 ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν. Mitto alia.

Pag. 209. Fragmentis ex Menandri *Χήρᾳ* allatis adde proverbium δὶς παῖς γέρων ex scholio Paris. MS ad Platonis Axiochum quod edidit olim Bastius apud C. A. Boettigerum *Kleine Schriften* vol. III p. 197. Est autem hoc: μέμνηται αὐτῆς (δὶς παῖδες οἱ γέροντες) Κρατῖνος ἐν Δηλιάσι λέγων Ἦν ἆρ' ἀληθὴς ὁ λόγος ὡς δὶς παῖς γέρων. καὶ Πλάτων ἐν νόμων ά· οὐ μόνον ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. καὶ Μένανδρος Χήρᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Νεφέλαις ά. Quod scholion si prius cognitum habuissem, et Cratini Deliades haud contemnendo fragmento auxissem, neque Platoni comico tribuissem (vol. II p. 686) quae sunt Platonis philosophi. Sed de hoc alias.

Pag. 307. Ad fragmentum inc. fab. CCCLI referenda sunt haec incerti scriptoris verba apud Cramerum Anecd. Paris. I p. 398: Μενάνδρου, φίλος ἀλήθεια καὶ θεοὶ παρρησία. Quorum iam facilis est emendatio. Menandri autem versus tales fere videntur fuisse:

Ἔλεγχος οὗτός εἰμ' ἐγώ,
ὁ φίλος ἀληθείᾳ τε καὶ παρρησίᾳ
θεός.

12, 32 · 34 · 134 · 149

229 · 545